a ¶ Et infra. ſub iſto infra continebatur in antiqua quomõ viciũ incõtinentie clerũ maculat et in ſcandalũ plurimorũ lamentabiliter dehoneſtat. quã materiam eo ꝙ eſt tractata ſufficienter per Jo. de athona in conſtitutione othonis licet ad profugandũ. hic recitare omitto. nam liber cõmunis eſt. Sed q2 occurrit materia loquendi de incõtinentia que quandoq3 poteſt dici viciũ: quandoq3 non. Nota ꝙ incõtinentia põt attendi circa aliquid tripliciter. Uno modo ꝓpꝛie et ſimpliciter. Alio modo ꝓpꝛie ſed nõ ſimpliciter. Tertio modo nec ꝓpꝛie nec ſimpliciter ſed ſm ſimilitudinem. Primo modo loquitur hec litera de incõtinentia ꝓut attẽditur circa concupiſcentias/delectationes tactus/que luxuria nũcupari poteſt et in clericis maxime eſt vitanda vt in ti. de vita et hone. cle. per totũ. ⁊ hoc modo incõtinentia bene dicitur viciũ duplici modo. Primꝰ eſt inquantũ ſic incontinens recedit ab eo q̃d eſt ſm rationem. nam talis motus concupiſcentie procedit totaliter ſm ſenſum ſiue ſenſualitatem ⁊ non ſm ratõem. Alio modo hoc fit eo ꝙ talis ſe iniungit quibuſdã turpibus delectationibꝰ. xxxij. q. vij. non ſolũ. hinc eſt ꝙ phus in. vij. eth. dicit ꝙ incõtinentia nũcupatur non ſolũ ſicut peccatũ q̃d. ſ. eſt per receſſum a rõne ſꝫ ſicut malicia q̃dam inquantũ. ſ. prauas concupiſcẽtias ſequit. Sc̃do modo incõtinẽtia vt dixi ponitur ꝓpꝛie vicꝫ inq̃ntũ homo recedit ab eo q̃d eſt ſm rationẽ ſꝫ non ſimpliciter vicꝫ q2 aliquis nõ ſeruat modũ rõnis in concupiſcẽtia bonorũ diuitiarũ ⁊ alioꝝ hmõi q̃ ſm ſe videnẽ eſſe bona circa q̃ non eſt incõtinentia ſimpliciter ſed ſm quid ⁊ ſic incõtinentia eſt viciũ ſiue peccatũ nõ ex eo ꝙ aliquis ſe immiſceat ipſis cõcupiſcentijs ſed ex eo ꝙ nõ ſeruat debitũ modũ rationis vicꝫ in cõcupiſcentia rerũ per ſe appetendar. Tertio modo incõtinentia dr̃ eſſe circa aliquid nõ ꝓpꝛie ſed ſm ſimilitudinem puta circa cõcupiſcentias eorũ quibus nõ poteſt aliquis male vti vt circa cõcupiſcẽtias virtutũ circa quas põt aliq̃s dici incõtinens ſm ſimilitudinẽ. q2 ſicut ille qui eſt incõtinens totaliter ducit ꝑ cõcupiſcentias malas: ita aliq̃s ducit ꝑ ꝯcupiſcentiã bonã q̃ eſt ſm rõeꝫ ⁊ talis incõtinentia nõ eſt viciũ ſiue peccatũ ſed ptinet ad ꝑfectiõeꝫ ſtudio. hanc materiã habes tractatã ꝑ Philippũ de pgamo ſuper catonem ꝑcepto prime ptis quarte metrice. vbi agit de octauo celi ſigno ad finem.

Incõtinẽtia triplex.

b ¶ Conſtitutionem. ſ. de qua ſupra fit mẽtio in pn̄cipio capituli. et ex hoc verbo facit ad titulum iſtũ.

c ¶ Octoboni. tũc ſancti Adriani diaconi cardinalis et apoſtolice ſedis legati qui in eccleſia cathedrali ſancti pauli londoñ. ix. kal'. maij. Anno dñi. M. CC. lxviij. pontificatus dñi clementis pape iiij. ãno quarto celebrauit ꝯciliũ ꝑſentibꝰ tũc ibidẽ Bonifacio cãtuarieñ. ⁊ waltero eborũ archiepis ac alijs epis abbatibus prioribꝰ decanis archidiaconis ⁊ alijs de clero regni Anglie Scocie Hybernie/⁊ wallie. Anno regni regis henrici filij regis Johannis. liij. ꝓut in libris quos vidi ſatis clare reperitur.

d ¶ Concubinarios. illos videlꝫ qui ſuas tenent et habent cõcubinas. Et pro huius materie pleniori indagatione nota ꝙ cõcubina in ſcripturis diuerſimode ſumitur. quãdoq3 cõcubina ponitur ſiue ſumitur pro vxore legitima ſicut patet in libro iudicũ vbi ſepe legitima vxor dicitur concubina ſm Hugo. ⁊ nõtur per ar. di. xxxiiij. §. cõcubina. in fi. ſuper hoc eſt hyſtoria ſatis clara Judicũ xix. c. Quãdoq3 cõcubina dicitur illa que nõ eſt vxor ſolẽniter ducta ſed vnica eſt et habetur loco vxoris. xxxiiij. di. ſi quis non habet. ⁊ c. ſequẽ. que tñ in effectu dicitur vxor ⁊ talis eſt quã nõ licet dimittere ſm quoſdam. ff. de concubinis. l. in concubinatu. maxime cũ hoc vir non fuerit proteſtatus vt ibi in gloſa. et. l. in liberi. ff. de ritu nup. per accur. Quãdoq3 concubina dicitur talis q̃ non aſſumitur affectu vxoris: ſed potius fornicaris talis videlꝫ quã velit ⁊ valeat dimittere. xxxiiij. di. c. audite. ⁊ hec vere et ꝓpꝛie dicitur concubina iuxta nota. per Jo. xxxiij. di. in ſumma. ſm hunc tertiũ modũ tam laicus q̃ clericus põt dici cõcubinariꝰ. Sꝫ primo vel ſc̃do modo põt tñ dici de laicis ⁊ his quibꝰ licꝫ ducere vxorẽ quales ſunt clerici nõ infra ſubdiaconatũ ꝯſtituti. xxviij. di. c. de his. et. xxxij. di. c. ſi quis eorũ. ⁊ c. lectores. Nã his q̃ in ſacris ordinibꝰ cõſtituti ſũt vxorẽ ducere nõ licꝫ vt pꝫ in cle. vnica de cõſan. ⁊ affini. Vñ ſi q̃ras in talibꝰ q̃ vxorẽ hñt vel forte cõcubinas quõ ꝯcubina dinoſcet ab vxore: q̃ materia vtilis ẽ vt ſciat quo ad eos q̃bus licita eſt ꝯiũctio ſiue copula ꝯiugalis q̃ q̃ñq3 ſub ſpecie vxoris detinẽt cõcubinas. vide nota ꝑ hoſtieñ. ⁊ Jo. an. in nouel. in c. illud. ex̃ de ꝑſumptio. Nã ſm eos vbi mulier cũ viro comedit i cadẽ menſa ⁊ in eodẽ diſco ⁊ vir eã honeſte induit ad eccliam mittit et in lecto ſuo recipit tũc pſumit ꝙ ipſam vxorẽ habeat. ſin autẽ eã mittat ad aquã ⁊ induat veſtibus vilibus ⁊ habeat lectũ ſeparatũ ad eã tñ accedit q2 ſibi placet tũc pſumit cõcubina eũ hoc tñ vocat Hoſti. ibidẽ fama pncipaliter attendit. Sꝫ q2 ꝑdicta in clericis in ſacris ordinibꝰ cõſtitutis locũ nõ hñt q̃bus tã vxoria q̃ quelꝫ alia carnalis cõmixtio in eccl̃ia occidentali eſt ꝓhibita. xxviij. di. c. decernimꝰ. ⁊ q̃ſi ꝑ totũ. Ideo ꝑ Jo de athona. in cõſtitutiõe othonis licet ad ꝓfugandũ. §. cõcubinas. hoc q̃d dicit Hoſti. in clericis non ꝓcedit ⁊ hoc verũ eſt: nec puto hoſti. de clericis talibꝰ intellexiſſe q̃ vxores ducere nõ poſſũt: ⁊ ſi fecerint excõicati ſunt: vt in cle. vnica de ꝯſang. ⁊ affi. ꝑall. in talibꝰ itaq3 clericis ſm Jo. de atho. in loco ꝑalle. ipſoꝝ cõcubine diſcerni pñt ꝑ mores incõpoſitos: q2 fornicatio mulieris in extollẽtia oculoꝝ ⁊ in palpebris eiꝰ cognoſcet. ꝓuerb. xxvj. c. Itẽ cũ nõ valet ſuis cõſiſtere pedibꝰ in domo: q̃ꝫ nũc foris/nũc intꝰ/nũc in plateã: nũc. eſt iux angulos inſidians. ꝓuerb. vij. c. Et ꝑdicta q̃ dicit Jo. de atho. vera eſſe puto ad ꝑſumendũ ꝓ incõtinentia mulieris nõ tñ ad ꝑſumendũ ꝓ cõcubinatu: vnde ꝓ cõcubina ꝑſumendũ exiſtimo q2 clericus ſimul in vna domo forſan alicui mulieri familiariter cohabitat vel ad eam vel cum ea ſuſpicioſe acceſſum vel inceſſum ſepius ha-

Concubina triplex.

ber: ita q ꝓpter huiuſmodi cohabitationē vel frequentē acceſſum vel inceſſum oriatur cōtra eos ſcandalū ſiue infamia. ꝓ quibus bene facit .xxxiiij. di. quorūdam. τ c. ſi̇c. ex̄ de preſump. τ de coha. cleri. τ muli. ꝑ totū. ꝓ ꝓdicta tn̄ nō ſit plenaria ꝓbatio niſi publice eā detineat. ꝓ quo vide nota. ꝑ eundē Jo. in conſtōne ꝑ all'. §. publice. τ c. tua. de coha. cle. τ muli. §. eūdē tn̄. per Ber.

pimus[e] inuiolabiliter[f] obſeruari[g] oībuſq3[h] τ ſinglis[i] coepiſcopis[k] ſuffraganeis[l] noſtris in virtute obedientie[m] et ſub[n] pena ſuſpenſionis[o] ab officio et beneficio

e Precipimus. Ex hoc apparet q cōtra faciens peccat: ſaltē ille q eſt ſubditus ꝓcipientis. nā vt ait Greg. in epl'a ad iouinianū. et ponit in canōe .xiiij. q. i. qḋ ꝓcipit. Qḋ inquit ꝓcipitur iperat: qḋ iperat neceſſe eſt fieri ſi nō fiat penā habet. et ſequitur vbi conſiliū dat offerentis arbitriū eſt. vbi preceptū neceſſitas obſequētis. vt videlicet obediat. τ huic cōcor. .xix. di. c. nulli. vnde ſolet dici q hoc verbū precipimus habet vim ſententie diffinitiue. vt in. c. quāto extra de tranſlatōe ep̄oꝝ. τ facit ad hoc. c. in his. ex̄ de verbo. ſig. τ no. ꝑ Inno. τ hoſtien. ditō. c. q̄nto. §. precipim⁹. τ c. cū ab vno de re iudi. per archi. li. vi. dicit etiā idem archi. in roſario de conſe. di. i. c. precepta. in prin. q a precipio is dicitur preceptū quaſi ꝓcedentis ſiue precellentis ceptū. i. captū. q a ſolo precedente ſiue ꝓcellente per ſubditū capitur. ad qḋ facit .xxxij. q. i. integritas. Et preceptū obligat ſemper τ ad ſemꝑ prout recitat ibi archi. τ hoc verū ſm eūdem archi. in ꝓceptis negatiuis: ſecus tn̄ in affirmatiuis q ſic doctrinā tradit de pe. di. v. in ꝓn. Quādoq tn̄ hoc verbū precipimus ponitur admonitiue ſiue ſuaſiue .xiij. q. i. Satagendū. τ ibi per archi. §. precipiunt. Q̄nq imponat ꝓmiſſionē ſiue ꝑſuaſionem. l. di. ſtudeat. §. precipimus per eūdem archi. et .xxxi. di. tenere. per eūdem. vbi recitat multas ꝯcor. in. §. precipiebatur. Licet itaq vt ex predictis ꝑz hec dictio ꝓcipimus diuerſimode ſumatur ſm diuerſitatem materie ſubiecte vt alias cuitetur cōtradictio ſiue legum correctio. In ꝓpria tn̄ ſignificatiōe hec dictio precipimus iponat aliquid de volūtate τ auctoritate ſuperioris faciendū vel non faciendū vt no. in. d. c. precepta. in prin. vn̄ ſic intelligendo ille cui ꝓcipitur tenetur preceptū adimplere niſi iuſtā habeat excuſationem quare hoc nō debeat vel nō poſſit vel nolit facere vt patet in. c. ſi qn̄. extra de reſcriptis. et ſuper hoc vide qḋ no. .xxiij. q. i. militare. circa mediū. per archi. τ vide qḋ dicam. j. §. obſeruari.

Preceptū

Verbum ꝓcipimus quid imponat.

f Inuiolabiliter. i. abſq vlla violatione ita. ſ. q ipſa cōſtitutio in omni ſui parte integraliter obſeruetur iuxta ordinationem et volūtatem ipſam ſic ſtatuentis. Eſt enī violare idem qḋ infringere .xxv. q. i. violatores. q̄nq ponitur ꝓ corrūpere .xlvij. di. virū.

g Obſeruari. Sed cū dicta ꝯſtitutio octoboni per ipſm qui erat maioris auctoritatis: q ꝑ legatū a latere erat edita et debite publicata videl3 .ix. kalen̄. maij. Anno dn̄i. M. CC. lxviij. vt ꝑz in hiſtorijs hyſtoria3 ſub hoc āno. τ no. in ꝓhemio cōſtitu. octoboni §. nos igit. §. digniū duximus per Jo. de athona. τ dixi. ſ. §. octoboni. ad quid ꝓcipitur hic dictā cōſtitutionem obſeruari cū per prius ſufficienter ligabat. dic q iſtud eſt preceptū potius executiuū illius quod primo ſtatutū eſt q auctoritatiuū: videlic3 cum iſtud preceptū eſt ad excitandū negligentes obſeruare conſtitutionem ipſam: q quādoq magis tenetur qḋ ſpecialiter imperat et q notabiliter fiunt niſi ſpāliter notent vident eſſe neglecta. l. Item apud labeonē. §. hoc edicto. ff. de iniurijs. Cū itaq in hoc iſtud qḋ hic dicit ſit cōſtitutionis ꝓcedentis executiuū Quero nūquid ꝯtrauenienis peccet mortaliter. q ſic facit. c. primū ad fi. de etate τ quali. in cle. τ facit ad idē .lxxiiij. di. q per ambitiōes .lxj. di. ſtatuimus. τ ſic videt tenere wil. dicto. c. j. de eta. et quali. τ de offi. or. c. j. in clem. §. iniūgimus. qui ad hoc allegat .iiij. di. deniq. Et ad ide3 faciūt notata per archi. de ſepulturis. c. j. §. obedientie. li. vj. τ c. li. c. quia plerią. de offi. ordi. glo. fi. per eūdem τ clarius ibidem per Jo. an. τ hoc verū puto de his qui volūtarie ſiue cōtemptibiliter τ ſine rōnabili cauſa tranſgrediūtur ꝓceptū legis ſiue cōſtitutionis aut canonis. facit ad hoc qḋ legitur τ notatur per doctores de treu. τ pace. c. j. de cele. miſſa. c. dolentes. de cenſi. c. grauis. de elec. generali. §. inhibemus. per Jo. an. li. vj. nā tales ipediunt finem quē legiſlator intendit. vbi tn̄ non volūtarie nec contemptibiliter: ſed ex cauſa rationabili aliquis tranſgreditur canonē vel cōſtitutione3 ꝓcepti nō peccat mortaliter ſm Tho. τ recitat ꝑ archi. .lxxvi. di. vtinā. τ no. ꝑ paulū in dcā cle. prima de eta. τ quali. §. offenſa3. τ vide qḋ dicā. j. §. mādam⁹.

Queſtio.

h Omnibuſq. Secūda pars. c. ad differentiā eius qḋ ſequitur.

i Et ſingulis. Nota ſm Jo. de athō. qui ſic ſcribit ſuper cōſtitutione othonis q ſic incipit Sacramenta vero in ſingulis. q hec dictio omnes ſumit ſuā ſignificatiōe3 coniūctim ab vniuerſo vt patet in lege ſi is qui ducenta. §. vtrū. ff. de re. dubijs. hec autem dictio ſinglī diuiſim vniuerſalitate3 ſignat. vt ex̄ de ſtatu mo. c. i ſingulis et l. ſingulis. ff. de excep. rei iudi. vnde qḋ hic dicitur omnibus vniuerſaliter et collectiue ponitur. quod autem ſequitur et ſingulis ponit ad ſignificandū vniuerſos diſtributiue tamen.

k Coepiſcopis. licet enī ordo epiſcopoꝝ diſtinguat in patriarchas archiepiſcopos metropolitanos τ ep̄os ſicut legit .xxi. di. cleros. in prin. omnes tn̄ hi vno eodēq vocabulo ep̄i noiantur vt ꝑz in. c. c. ſubſequenter. §. omnis autem.

l Suffraganeis ſic dictis q archiep̄o ſuffragari τ aſſiſtere tenentur. vocati enī ſunt in partem ſollicitudinis archiep̄i non in plenitudinem poteſtatis .ix. q. iij. c. j. et. c. ſequenti.

m Obedientie. ſimile habes ex eo qḋ legitur in. c. dolētes ad finem. extra de cele. miſſ. vbi notat Bern. q ꝓpter inobedientiam poſſunt ſubditi eorū beneficijs priuari. pro quo allegat extra de maio. τ obe. c. illud. ſed melius facit. c. ti. c. ij. vbi de hoc in gloſa Et q ſubditus tenetur obedire ſuo ſuperiori et quomodo et in quibus nota. in. c. ad aures. de tempo. or. per Bern. τ alios videlicet ꝑ hoſtien. et Joh. in nouella. Grauiter enī peccat qui obedientiā infringit. vt no. per Archi. de ſepul. c. j. §. obediētie. li. vj. vbi de hoc ſunt multe cōcor. et preſertim ſi veniat contra leges ſiue conſtitutiones per ſuperiorem rite τ rationabiliter editas τ ꝓmulgatas maxime cū conſtitutiones ipſe ſint preceptorie ſm hoſtien. qui ſic notat dicto. c. ij. de maio. τ obe. et. c. inter cetera. §. ꝓcipimus. de offi. or. ꝑ eūdem. τ hoc verū ſi ſpōte τ ſine cā hoc fiat: ſm Inno. qui ſic notat de cōſue. ſup ru. in fi. τ notat in ſimili .xxv. q. j. violatores. §. dānatur. ꝑ archi. et dixi. ſ. §. ꝓcipim⁹. ad fi. et vide qḋ dicā. j. §. mandamus. Et nota circa hanc materiā obedientie q obedientia q debetur homini ab homie eſt debita minoris ad maiorem reuerentia. vnde ſi mādatur id qḋ iuſtū eſt obediendū eſt. ſi iniuſtū nequaquā. ſi dubiū tunc illud ꝓpter bonū obedientie eſt explendū .xxiij. q. j. qḋ culpatur. de ſenē. excō. c. ceterū. §. poteſt. li. vj. de hac materia plura videre poteris τ notabiliter de maio. τ obe. ſup rub. ꝑ Car. li. vj. vbi circa hoc videre poteris quaſdā auctoritates bt̄i Bern. τ Ric. de ſctō victore.

Inobedi
tia priua
quē bene
cio.

Obedīēt

n Sub pena. τ ſic iſta ꝯſtitutio penalis eſt videl3 pene iam late qḋ patet ex hoc q dicit textus. j. ſeximus τ c. vide qḋ ibi dicam et nota q vtiliter adijcitur pena q alias cōſtitutio niſi ſit penalis modicā vtilitatem affert vt no. in cle. de eta. et quali. glo. i. ꝑ Jo. an. vn̄ imꝑfecta dicitur conſtitutio q penas contra facientib⁹ nō imponit vt legitur τ nota. de cenſi. c. ij. in prin. li. vj. τ ibi notatur per Cardi. Jo. et Archi.

o Suſpenſionis ab officio et beneficio. Circa effectū et naturā iſtorū terminorū vt ea que circa hanc materiā notātur per doctores melius intelligas: eſt ſciendū q in iure multiplex inuenitur ſuſpenſio ſiue multe ſunt ſpēs ſuſpenſionis quas videre poteris recitatas per Joh. an. de penis. c. cupientes. in ſua magna gloſa in cle. qui ibidem recitat circiter .xxiiij. ſpecies inter quas continetur illa de qua hic fit mentio videl3 ab officio et beneficio. Et hec fit q̄nq ſimpliciter vt hic. τ in. c. tam literis. extra de teſti. c. j. de ſecū. nup. τ c. tuarū. de priuile. q̄nq hmōi ſuſpenſio eſt determinata in tempus ſatiſfactiōis vel reſtitutionis. vt in. c. q ſepe. de elec. τ c. exigit. de cenſi. li. vj. q̄nq fit ſuſpenſio ab officio tn̄: et hoc q̄nq ſimpliciter: vt in. c. q in omnibus. ex̄ de vſuris. τ in cle. j. de rebus eccle. non alie. q̄nq ſuſpenditur ab officio per annū. in c. vlti. §. vt autem. de offi. dele. li. vj. τ c. cum eterni. de re iudi. c. li. q̄nq per trienniū. c. fi. ad finem. de clande. deſpō. τ in cle. j. de beneti. ad finē. eſt etiā ſuſpenſio a beneficio tn̄: τ hec q̄nq fit a beneficio habito ſimpliciter: vt in. c. nichil. ex̄ de elect. q̄nq eſt determinata vſq ad ſex menſes. vt in cle. ij. de vi. τ hone. cleri. q̄nq ad triennium. vt in. c. ij. de re. eccl'. non alie. li. vj. cū ſimilibus. hec etiā ſuſpenſio quandoq fit a beneficio obtinendo. vt in predicta cle. ij. de vi. τ ho. cle. τ c. ne in agro. §. ſi quis. de ſta. mo. c. li. vnde circa ſuſpenſum ab officio tn̄ eſt aduertendū q ſic ſuſpenſi officiū verſari poteſt circa plura videl3 circa officiū diuinū: circa officium

Suſpēſio multiplex

tēporale ⁊ circa officiū eo modo ſumptū quo aliquis exercet ea que pertinēt ad executionē ordinis vel poteſtatis ſibi cōmiſſe. ¶ Unde dubitari poteſt a quo vel a quibus actib⁹ ſuſpēſus ſit talis qui tm̄ ab officio ſuſpenſus eſt. Jo. de deo. xxiiij. q. j. audiuimus. gloſa ꝑma dicit ꝙ talis nō poteſt facere ea q̄ ſūt officij puta celebrare diuina ⁊ ſimilia. ꝑ hoc tñ nō impedit facere ea q̄ ſūt iuriſdictiōis. hoſti. in ſūma de offi. ordi. §. quid ſi religioſi. ṽ. qualiter impedit. dicit ꝙ ſuſpenſus ab officio eſt ſuſpenſus ab ordinaria ptāte. Innocen. ⁊ Berñ. ⁊ ꝯpoſt. poſt eū in. c. cum dilect⁹ extra de cōſuetu. ad ſpecialiora ꝓgredientes dicūt ꝙ ſuſpenſus ab officio tantū non poteſt eligere nec eligi. in di. c. cum dilect⁹ eū concor. nec poteſt poſtulare vt pꝫ in. c. j. de poſt. ꝓla. in fi. nec inueſtire nec prebendā dare vt in. c. q̄m. alias incipit qꝛ diuerſitatē. extra de cōceſ. preben. nec etiā excōicare poteſt ſꝫ doctores predictos: et hoc verū in eo qui eſt ſuſpēſus ab homine vel etiā a canone ſi ſit puplice denūciatus. alioquin in ſuſpenſo a canone non denūciato q̄diu toleratur in ſuo ſtatu valet qḋ ꝑ eū agit prout ſic notat ibidem Berñ. cōpoſt. di. c. cū dilectus prope fi. ꝓ quo faciūt iura. viij. q. iiij. nōne. et l. barbarius. ff. de offi. preſi. et c. ad ꝓbandum. extra de re iudi. pro quo dicvt dicam. j. eadē glo. ṽ. fallit tamē. ſed nota ꝙ huic qḋ dixi vicꝫ ꝙ ſuſpēſus ab officio tantū non poſſit dare prebendā cōtradicūt aliqui vt Jo. in. d. c. cum dilectus. pro quo dicit vincētius ꝙ epūs ſuſpenſus ab officio bene cōfert prebendas. ſed canonicus non. et ratio eſt diuerſa quia in epō alia ſunt ordinis alia iuriſdictionis: vnde licet ſuſpendatur in vno vicꝫ in ordine: in alio tamē non eſt ſuſpenſus videlicet in iuriſdictione. ar. l. ſi domus de ſeruitu. vr. pre. ff. ſꝫ canonici nullam habentes iuriſdictionē non habent cōferre beneficia niſi ex eo ꝙ ſunt canonici. Cū ergo canonicatus inſurgat ex clericali officio et receptione in fratrem pꝫ ꝙ q̄n canonicus ſuſpēditur ab officio nichil officij ſibi retinet ⁊ ita ex officio qḋ non habet nichil agere poterit. ⁊ de hoc notatur. c. audiuimus. xxiiij. q. i. in glo. ſcio. ꝑ archid. qui etiam dicit ꝙ ſuſpēſus ab officio tantū licet non poſſit excōmunicare: eligere tamen poteſt ⁊ alia facere q̄ ſunt iuriſdictionis. Et illud dictū Archid. itelligo verum ſm̄ ea que ſupra dixi vicꝫ diſtinguēdo inter ſuſpenſū ab homine et ſuſpenſum a canone. ꝓ quo etiam faciūt notata per hoſtien. in ſūma extra de elect. §. et qꝛ nullo. ṽ. Itē iure. circa medium. fallit tamē in electione ſiue poſtulatione vbi ſiue ſit ſuſpēſus ab homine vel a canone ⁊ ſuſpenſio etiā ſit occulta non tamen valet electio vel poſtulatio ꝑ talem facta vt plane notatur in. c. gratū de poſtula. prelato. ꝑ Innocē. dū tamē poſtea de huiuſmodi ſuſpenſione conſtet vt ibi dicit. talis etiam ſuſpēſus ab officio tantum ab homine vel etiam a canone et pro ſic ſuſpēſo publice denūciatus ſi interim ſciēter immiſceat ſe diuinis ſm̄ ſententiā doctoꝝ efficit irregular̄. cui ꝯcor. qḋ notat vuil. in cle. vt hi. de etate ⁊ quali. ṽ. vocē ꝓpe fi. glo. ⁊ nota. in ſiſi. xi. q. iij. in. c. ſi quis epūs in concilio. ſuper ver. prius. per archi. et idem archi. c. ſi quis epūs dānatur. ṽ. dyaconus: eadem q̄ſtione notat ꝙ talis etiā deponendus eſt. ⁊ allegat ad hoc. c. latores. extra de cle. excōi. mini. Illud tñ dictū in ſuſpenſo ab homine vel a canone ad tēpus fallit in ſuſpenſo ꝓpter crimen qḋ poſt penitentiā nō impedit ordinis executionem. pro qua materia vide qḋ legitur et notatur extra de renū. c. niſi cū pridem. §. propter conſcientiā. Fallit etiā in ſuſpenſo ꝓpter defectū vt eſt illegitimus ⁊ corpe viciatus. Item fallit in ſuſpenſo a confeſſore prout hec notātur de cle. excō. mini. c. ſi. per hoſti. et Jo. an. no.

Suſpēſus ab officio.

Epūs ſuſpēſus cōfert bñficiū: canonic⁹ nō.

Queſtio.

¶ Sed quero vbi in vna perſona plura cōcurrunt officia diuerſa et talis ſit ſimpliciter ſuſpenſus ab officio a quo officio dicit eſſe ſuſpenſus? Dic ꝙ ab eo in quo eſt ſibi minus grauamen. qꝛ in penis benignior interpretatio eſt facienda. vt in regu. iu. li. vj. et pro hoc facit qḋ notat in. c. j. de decimis. ṽ. officijs. per paulum in cle. nec obſtat huic dicto qḋ legitur ⁊ nōtur in. c. cū eterni. de re iudi. li. vj. vbi de hoc per docto. in. ṽ. officij. qui dicūt ꝙ debet intelligi de officio diuino: nam illud verū eſt q̄n ex mente legē condentis oportet ſic intelligi vt ibi patet in textu. vbi ſubdit ꝙ ſi ſic ſuſpenſus durante ſuſpenſione immiſceat ſe diuinis ſit irregularis. ex hoc enī ꝙ dicit ſi ſe immiſceat diuinis ſatis oſtenditur fuiſſe de mēte ſtatuētis ꝙ eſſet ſuſpenſus ab officio ordinis. alias autem ſi de ſtatuentis mente nō appareat tene qḋ prius dixi. ⁊ ad hoc faciunt notata ꝑ Jo. an. in dicto. c. j. ṽ. officijs. li. vj.

Suſpēſus a bñficio.

¶ Sed modo videamus aliqua circa ſuſpenſos a beneficio tantū. vbi nota ꝙ licet ſuſpenſus ab officio tantū nō poſſit eligere nec eligi ſm̄ ea q̄ ſupra dixi: ſuſpenſus tñ a beneficio tantū eligere pōt: vt in. c. wyntoñ. extra de elec. eligi tñ non pōt ad illa beneficia a quib⁹ ſuſpenſus eſt vel ad beneficia in illa eccl'ia in qua ſuſpenſus eſt vt in. c. ſi cōpromiſſarius. de elec. li. vj. talis etiā qui a beneficio tm̄ ſuſpenſus eſt celebrans non efficitur irregularis: qꝛ ibi non eſt cōtemptus clauiū nec ꝓpterea amittit ipſo iure beneficiū a quo eſt ſuſpenſus niſi hoc expreſſe in canone caueatur. nam tūc amittit ſuo caſu ⁊ non alio: vt in. c. cupientes. §. ceterū. de elect. li. vj. nec de talibus cauetur in iure ꝙ ſint irregulares ⁊ hoc ſufficit vt no. Inno. extra de renū. c. niſi cū pridem. §. perſone. ⁊ videtur textus de ſen. excōi. c. is qui. li. vj.

Queſtio.

¶ Sed nūquid talis a beneficio tm̄ ſuſpenſus poſſit miniſtrare in ſuo beneficio ſicut prius? Archidi. in dicto. c. cupiētes. §. ceterū dicit ꝙ ſic ⁊ nō tm̄ in officio ſuo pōt miniſtrare ſed etiā ob cauſam neceſſariā pōt ad hoc compelli ſm̄ Archi. ibidem in verbo beneficijs. et hoc ꝑ totalem priuationem ipſius beneficij niſi aliam cauſam rationabilē allegauerit. allegat ad hoc de cle. nō reſi. inter quattuor ⁊. c. peruenit. ij. de appella. Et cū archi. cōcor. Cardi. ⁊ Jo. an. in e. c. ſuper. e. ṽ. alioquin ſi ſubſit alia cauſa rationabilis quare nō debeat compelli tunc ſuperior per aliū faciet deſeruire eccleſie de fructibus ipſius beneficij. ar. predictorū iuriū: ⁊ facit ad hoc c. penulti. extra de cle. nō reſi. Ipſe quoqꝫ ſuſpenſus interim habebit neceſſaria ad viuendū de eodem beneficio ſm̄ Berñ. qui ſic notat. d. c. cū vuyntoñ. gloſa nota. et ſic notatur in ſimili. d. c. ſi compromiſſarius. ṽ. beneficijs ꝑ archi. li. vj.

Queſtio.

¶ Sed nunq̄d ſuſpenſus a beneficio tantū interim ingerens ſe beneficio ſicut prius ſit huiuſmodi beneficio priuatus. Dic ꝙ non ſed aliūde veniet puniendus ſm̄ Jo. d. c. cupientes. §. ceterū. ṽ. priuentur. ⁊ cōcor. archi. e. ṽ. et idem notat Jo. an. in cle. ij. de vita et honeſt. cle. ṽ. ſuſpenſus. dicit tamen ꝙ talis tenetur ad reſtitutionē. pro quo dic vt ibi. et hoc verū niſi cōtrariū expreſſe ſtatuatur. exemplum habes i cōſtitutiōe othonis licet ad ꝓfugiēdū. vbi de hoc per Jo. de athona ſup. ṽ. ipſis. Sed cum hic loquamur de ſuſpēſione ab officio et beneficio ꝯiunctim. poſſet per aliquē forſan bene prudētē dici ꝙ hoc qḋ dicit a beneficio ſuperfluit. nā ſuſpēſus ab officio per cōſequens ſuſpenſus eſt a beneficio vt voluīt aliqui doctores. pro quibus facit qḋ legitur et notat. lxxxi. diſt. ſi quis ſacerdotum. et. c. ſequen. et notatur in. c. latores. extra de cle. excō. miniſt. per Berñ. ſup verbo officio. et in. c. cum dilect⁹ extra de conſue. ṽ. ſuſpenſus circa mediū. ꝑ eūdē. et ſic videt ſentire hoſtiē. put eū recitat Jo. an. in. c. cū eterni. ṽ. officij. de re iudic. li. vj. diſtinguendo tamen inter ſuſpenſionem factam ab homine et factam a canone. vt in primo caſu qui ſuſpenſus eſt ab officio ſit ſuſpenſus a beneficio. Sed ſcdo caſu nō. huius tamē dicti expreſſe cōtrariū ponit Jo. xxxij. diſ. c. preter hec in prin. archidia. tñ reſidere videt in id qḋ prius dictum eſt: diſtinguēdo tamen inter ſuſpenſum ex leui cauſa vicꝫ propter infamiam vel ꝓpter ſcandalum et ſuſpenſum ex cauſa magna. vt ſcꝫ in primo caſu ſuſpenſo ab officio non ſubtrahatur beneficiū quod nō niſi ex magna cauſa ſubtrahi debet. xvi. q. vij. inuentū. ſecūdo caſu ſic: vt. c. cum inter extra de purg. cano. et idem eſt ſi ſuſpenſus cōtemnat ſuſpenſionem. vt in. c. cum bone extra de etate ⁊ quali. et hanc diſtinctionē poſuit goff. in. c. paſtoralis. extra de appel. Lanc. et Vinc. dixerunt ꝙ ſuſpenſo ab officio ſubtrahi debet beneficiū quando ſic ſuſpenſus eſt in mora petendi abſolutionem. alš non. ij. q. v. ſup cauſa. ad qḋ facit ne ſe. vacan. c. vnico. §. cū vero. li. vj. Has etiam opiniones recitat Jo. an. in cle. cupientes de penis. ad finē magne glo. ṽ. videas. et vide ſi placet qḋ notatur d. c. cū eterni. ṽ. officio ꝑ archid. li. vj.

Diſtinctio circa ſuſpēſionem.

¶ Unde circa hāc materiā ſi q̄ratur an ſuſpenſus ab officio ſit eoipſo ſuſpēſus a bñficio: diſtingue aut hmōi ſuſpenſio eſt ꝑpetua aut tp̄alis. ſi ꝑpetua tūc ſuſpenſus ab officio etiā ſuſpendit a beneficio cū beneficiū detur ꝓpter officiū. vt in. c. quia ꝑ ambicioſam. de reſcri. li. vj. et iuribus ſuperius allegatis. beneficiū eñ eſt ſequela ad officiū. vnde ſi cauſa ꝓpter quam ſit extincta ergo et eius ſequela. vt in regu. iur. acceſſoriū. Si vero ſuſpenſio ſit temporalis tunc aut infligitur ab homine vel a iure. ſi ab homine: tūc aut pro graui cauſa aut leui. ſi pro graui tunc ſuſpenſus ab officio videtur ſuſpenſus a beneficio. vt in. c. cū bone. extra de eta. et quali. et. c. paſtoralis de appe. et. c. apoſtolice de excep. cū ſimilibus. Si pro leui cauſa: tunc aut ſuſpenſus cōtemnit ſuſpenſionem ⁊ eſt in mora petendi abſolutionē: aut non. ſi contemnat vl' ſit in mora ſuſpenditur ab vtroqꝫ vt. ſ. dixi. Si non: tunc remanet ſuſpenſus ab officio tantū: niſi exprimatur de beneficio. vt hic et .c. quia ſepe. de elec. li. vi. et .c. exigit de cenſ. e. li. cū cōcor. Si autē ꝑ magna cauſa ſit ſuſpenſus: tunc etiā a beneficio videtur ſuſpenſus vt predixi. Ubi vero aliquis eſt ſuſpenſus ab officio a iure ſi ſuſpenſio ſit perpetua dic idem ſicut ſupra dixi. ⁊ ſi ſit temporalis tūc cū ſit penalis īflicta vna nō videtur inflicta alia niſi exprimat ſꝫ archid. in c. cum eterni preall.

quam in' ipſos ferimus' ſi ſpōte' circa' hoc fuerint ne

p ¶ In ipſos .ſ. ſuffraganeos qui cum de eis fiat mentio vt hanc incidant penam recte ipſi ligantur. alios autem ꝑ penam huiuſmodi latam in genere nō facta de eis mentione in ſpecie nō ligarentur: vt legitur in .c. quia periculoſum de ſentē. excō. li. vi. Et hic aduerte ꝙ hec cōſtitutio quo ad hanc penam ligat ſoluꝫ epōs ipſius ſtatuentis ſuffraganeos: nō autē epoꝝ ſubditos vt ſatis apparet ex lr̄a.

Queſtio

¶ Sed quid ſi ipſe metropolitanus in dioceſi ſua nō fecerit dictā cōſtitutionem octoboni obſeruari ſꝫ qḋ mandat fieri per ſuos ſuffraganeos: an ipſemet ligetur hac pena. ꝙ ſic faciunt oīa illa iura per que arguitur ꝙ faciens conſtitutionem penalem ligatur eadē cōſtitutione ſi cōtrafecerit. de qua materia plenius tractat in .c. ij. de conſtitu. ℣. promulgant. ⁊ idem etiam credo ſi ipſe per archid. li. vi. In cōtrariū faciunt iura ibi alle. ꝓ parte altera vna cū ſuis remiſſionibus quas ibi videre poteris. et eo. li. de ſen. excō. c. ſtatuimus ꝑ eundē archid. ℣. cōſtitutionibus. vbi habes argumenta pro et cōtra. et vide ꝑ hoc qḋ notatur extra de ſen. excō. §. et que ſit. ℣. quid ſi epus per hoſtien. in ſūma. ſed dic breuiter in hoc caſu ꝙ metropolitanus in ſua dioceſi nō obſeruans vel obſeruari faciens illud qḋ hic mandat non incurrit penam hic latam quia hec pena cōcernit eius ſuffraganeos vt in ſpecie qḋ patꝫ ex hoc ꝙ dicit in ipſos ⁊c̄. Secus forſan eēt ſi hec pena fuiſſet lata in quoſcunqꝫ cōtra facientes in genere. nā tunc et ipſe metropolitanus ea ligari poſſet ſm nota. ꝑ archid. et alios doctores in locis preall. non tamen teneo. quis metropolitanus in ea parte negligens penā ī cōſtitutōne ipſius domini octoboni latam eo ipſo incurrat vicꝫ ꝙ ſuſpenſus ſit ab vſu dalmatice tunice et ſādalioꝝ donec a ſe negligentiam excutiens ea que ibi ſtatuta ſunt duxerit exequēda.

q ¶ Ferimus. Et ſic hec eſt pena ſnīe late quam incurrit inobediens ipſo iure. executio tamē huius pene fieri non debet niſi prius ꝑ ipm ad quem ꝑtinet ſnīa declaratoria ſup hoc fuerit ꝓmulgata vt legitur in .c. cum ſm leges. de here. li. vi.

Queſtio

¶ Sed nūqd hanc penā incurrit epūs ſic negligēs nulla monitione precedente. videtur ꝙ ſic ratione ſumpta ex regula magiſtrali qua dꝛ ꝙ pena in ſtatuto appoſita verbis affirmatiuis incurritur pena ipſo iure ſine admonitione. vt in .c. ſi quis ſuadente. xvij. q. iiij. de ꝓben. de multa. C. de ſecū. nup. l. j. ⁊ ij. Et notatur hec regula ī .c. extirpande. de ꝓben. ꝑ hoſtien. ⁊ Jo. an. in no. ſup glo. vlt. et notatur etiā. v. q. i. c. quidam. gloſa adde de iſta ⁊c̄. ꝑ archid. et notatur ꝑ eūdem in .c. licet canon. ℣. monitione. de elec. li. vi. E cōtra videtur ꝙ non: nam iuxta eandem regulā magiſtralē vbi pena in ſtatuto apponitur verbis negatiuis vel equipollentibus tunc non incurritur pena ſine monitione precedenti. ſed hic imponitur pena contra negligētes ꝓcurare ſeu facere vt recitet cōſtitutio octoboni de qua ꝑfertur ſub verbis in vim negatiue cōceptis. quia ſi circa hoc fuerint negligentes que quidem negligētia equipollet vni negatiue ſcꝫ non facere id qḋ mandat. ergo ſm regulam predictam abſqꝫ monitione nō incurritur pena. Et hoc verum putarem ſi huic cōſtitutioni penali cōcepte ſub terminis vni negatiue equipollentibus in ipſa cōſtitutione nō apponeretur tempus. nā ſi tempus apponitur ipſuꝫ ipſo interpellat abſqꝫ monitione alia ⁊ ſic ſtat .c. licet canon preall. et .c. cuꝫ in cunctis extra de elec. cū ſilibus. et ſic dictā regulam intelligit Jo. an. vbi .ſ. vnde cum hic ſit tempus ad faciendam dictaꝫ conſtitutionē recitari limitatū. puto ꝙ epi de quibus hic loquitur non obſeruantes hanc cōſtitutionem abſqꝫ monitione aliqua incidant in hanc penam. argu. premiſſoꝝ.

r ¶ Si ſponte. hoc ideo dicit quia ſi abſens fuerit a ſua dioceſi vel infirmus vel alia rationabili de cauſa impeditus non incurrit hanc penam. ad quod bene facit nota. in .c. ſi clericus de ꝓben. ℣. negligenter per Jo. an. li. vi. non enim poteſt dici ſponte negligere qui poteſtatem faciendi qḋ incumbit non habet. in .c. quia. extra de conce. ꝓben. et .c. vlt. de elec.

ſ ¶ Circa hoc. ſcꝫ quod infra ſtatuitur et fieri precipitur.

t ¶ Negligentes. hec enim negligentia eo ipſo probatur ꝙ epiſcopis vel eoꝝ officialibus aut decanis vel eoꝝ vicē gerentibꝰ nō rōnabiliter impeditis nō ſit executio eiꝰ qḋ hic mandat fieri. ꝓ quo faciūt nō. ꝑ arch. i .c. romana. de cen. ℣. negligētia. li. vi.

gligētes' firmiter iniūgendo' mandamus quatinus

v ¶ Iniūgendo mandamus. ⁊ ſic ꝓceptū importat cui obediendū eſt vt dixi. ſ. ℣. obedien. et ℣. ꝓcipimꝰ. et ℣. obſeruari.

Queſtio

¶ Sed quid ſi iſtud qḋ hic mandatur non fuerit moribus vtentiū obſeruatū immo quodāmodo abiit in diſſuetudinē nūquid ex hoc excuſentur nō ſeruantes hanc cōſtitutionē vel alias peccent ⁊ ſint tanqꝫ conſtitutionis ſeu canonis tranſgreſſores puniendi? Videt ꝙ ſint excuſabiles. nā vbi lex moribus vtentiū non approbatur non facit reū eius tranſgreſſorem. ſicut legitur in. iiij. di. leges. ⁊ ſic videtur ſentire Ber. in .c. j. de treu. et pa. glo. ij. ⁊ Inno. extra de conſue. ſuper rubri. in fi. Contra tñ videtur. nam cū hec conſtitutio cōtineat preceptū. ergo eam nō ſeruans peccat et vt tranſgreſſor puniendus eſt. ar. eoꝝ que ſcripſi. ſ. ℣. obſeruari. ar. eoꝝ que notātur in .c. dolentes. extra de cele. miſſ. glo. vlt. per Bern. vnde nec cōſuetudo nec diſſuetudo excuſare poteſt in hoc caſu a peccato. ar. eoꝝ que legūtur ⁊ notātur de cōſue. c. fi. per Ber. Inno. et Hoſtien. et Jo. in no. preſertim cū hec cōſtitutio ab initio ligabat. nec tēpus eſt modus tollende obligationis. l. obligationū. ff. de act. et obli. ij. §. placet. et ſic ſentire videtur Hoſti. d. c. j. de treu. et pa. ℣. paſche. ℣. ſi querit. pro cuiꝰ opinione facit. xij. diſ. c. j. in prin. lxxxij. di. c. propoſuiſti. in fi. nec obſtat. iiij. di. leges: cū ſuis cōcor. qꝛ illa iura intelligēda ſunt in illis ſtatutis ſeu legibus que ꝓceptoria nō ſunt: ponit exemplū de .c. ſtatuimus. extra de maio. ⁊ obedi.

Diſtincti

¶ Circa hic materiam aliqui diſtinguūt inter cōſtitutiones quibus īponitur pena ipſo facto: vt patet hic ⁊ in talibus diſſuetudo non excuſat quia eo ipſo ꝙ aliquis tali cōſtitutioni contra facit incidit in factū damnatū. ar. ad hoc. xxiiij. q. j. c. j. ij. et iij. in cōſtitutionibus quibus nō eſt pena impoſita ſed infligenda bene excuſat diſſuetudo et ſic ſtat dictū decreti leges. cū cōcor. Alij ſic diſtinguūt vt Inno. ⁊ cōpoſt. ꝙ ſi tale ſit ꝓceptū contra qḋ non liceat legem ſtatuere ſine pctō: tūc nec ꝑ ꝯrīā diſſuetudinē vel ꝯſuetudinē licet tali cōtrauenire: vt. d. c. fi. de cōſue. alīs aūt ſi liceat legē cōtrariā facere ſic etiam pōt ꝑ conſuetudinē tali ſtatuto derogari ꝓſertim ſi introducatur ꝑ eum vel eius auctoritate qui poſſet dictū ſtatutū prius editū tollere. de hoc no. extra de cōſue. ſup rubri. ꝑ Inno. et Jo. in no. ad fi. ⁊ vide ſi placet qḋ notat. d. §. leges. iiij. di. ꝑ arch. ſi velis hanc materiam vlterius dilatare videas Henricum de bouico. in .c. dudū. ij. de elec. extra. et adde qḋ dicā. j. de ſacra vnctiō. c. j. ℣. reluctantes.

An facie
cōtra leg
mortalit
peccet.

Et nichilominus vt inſtruaris in hac materia ſi queratur an faciens cōtra legem peccat mortaliter. ſcire debes ꝙ indiſtinctum lex ſiue cōſtitutio eſt ꝑmiſſoria ſiue cōſultoria cōtrauentio nō illaqueat ad peccatū. vbi aūt lex vel conſtitutio vetat ſiue ꝓhibet: tūc ſi lex illa contineat preceptū illaqueat ad peccatū. de maio. ⁊ obedi. c. ij. xiiij. q. j. qḋ ꝓcipitur. Et eſt hoc verum qñ cōſtat de mente legem cōdentis ꝙ vult illaqueare cōtra facientem ad peccatū. Si vero ſit dubiū de ipſius mente tunc ſi materia ſit ſimpliciter ꝓceptoria ꝑ quecūqꝫ verba loquatur ſiue dicat rogo vel hortor: cenſetur facere illo animo vt ꝓceptum ſeruetur in quo caſu ſi verba ſonent alias in ꝓceptum qꝛ verba ſūt imperatiui modi inducunt laqueū: alias non. ex quo verba ſunt omnino hortatoria vel cōſultoria ⁊ ſic ſtant dicta Archi. xvi. q. j. reuertimini. ℣. hortor. vbi exponit hortor .i. precipio. xij. q. j. dilectiſſimis. xi. q. iij. Rogo. de ℣bo. ſig. c. exiui. §. item qꝛ ꝓterea. in cle. vbi autem materia eſt ſimpliciter cōſultoria quibuſcūqꝫ verbis loquatur ſiue per verbū precipimus ſiue per alia verba imperatiui modi vel aliter nō illaqueat ad peccatū. xxix. q. ij. ſi quis ingenuꝰ. ꝑ Jo. xxxi. q. j. hac ratione. Nam imperatiuū debet dici preceptoriū vel non ſm naturā materie vt dicit Jo. xxviij. q. j. non ſolum. et eſt bonus textus in. d. c. exiui. §. Item qꝛ preterea et facit. l. cū pater. §. mando cum glo. ff. de lega. ij. quandoqꝫ lex emanat in materia indifferenti: qꝛ nec eſt cōſilij nec precepti ſꝫ pariter ſe habet ad vtrūqꝫ. et tunc pōderanda ſunt verba ſi ſint conſultoria vel hortatoria vel ſimplicia: vt ſtatuimus volumꝰ ⁊ ſimilia. et non inducit preceptum nec contrafacientē illaqueāt ad peccatum. Si autē verba ſonent in preceptū vt precipimus

cōſtitutōꝫ ꝑdictā faciāt' in quattuor anni principalibus capitulis ' ruralibus per ſe vel eoꝝ ' officiales

mandamus iubemus ꝛ ſimilia vel vitamus in materia negatiua: quia ois ꝓhibitio habet in ſe preceptū vt dicit arch. vj. di. in ſūma. xxxij. di. interdixit. tunc illaqueant ad peccatū. vt dicit textus in dicta cle. exiui. et hoc verū niſi mandatū ſit principaliter fundatū ſup vtilitate eius cui mādatur vt dicit textus in. d. §. mādo. Si aūt verba non ſint expreſſe ꝑceptiua nec ꝟba imperatiua tūc ſi cōſuetudo habeat ꝙ ſint ꝑcepti in aliqua materia ſi laqueant ad peccatū vt dicta cle. exiui. §. preterea. ad fi. Et idē erit ſi verba dirigātur ad ꝑſonā vt dicit Barth. ff. de fideiuſſo. l. ſi quis ꝓ eo. Si vero cōſuetudo nō diſponit aliquid de intellectu verboꝝ ꝛ tūc aut materia in qua ꝓferūtur attētis circūſtantijs eſt grauis et pōderoſa ꝛ veriſilr notata. tūc in dubio preſumit̄ ꝑcepti: qꝛ imperatiuū eſt ꝑcepti. xij. q. i. ſi petiſ. et ſic intelligit̄ dictū archi. iiij. di. et ſi legibus. Si autem materia eſt leuis ꝛ nō veriſilr pōderata: tūc nō eſt precepti ſꝫ exhortatōis. vt. d. §. Itē qꝛ preterea. materie q̄ cōcernūt fauorē eiꝰ cui iperatur vt. d. §. mādo cū gloſa ēt ſi verba dirigant ad ꝑſonā. ꝗ textus multū facit contra Barth. in. l. ſi quis ꝓ eo. ff. de fideiuſ. hec gloſa ſūpta eſt ex dictis anthonij de butrio ex̄ de cōſti. c. nā cōcupiſcētiā in fi.

r ❡ Faciant. illud factū cōcernit diligētiā quā adhibere tenētur ep̄i vt recitetur dicta cōſtitutio octoboni. Nō eñ tenet ep̄s nec eiꝰ officialis eā recitare ſꝫ tenet eē vigilās vt ꝑ ſe vel officialem ſuum videat ꝙ recitetur temporibus ꝛ locis hic ſtatutis.

Capitulū.

y ❡ Capitulis ruralibus. hic ſciendū ꝙ capitulū qñqꝫ ponit̄ pro loco in q̄ ſiūt cōes tractatus collegiatoꝝ vt in cle. i. de regu. qñqꝫ ponitur ꝓ loco in quo ſiūt diſcipline delinquētiū vt in. c. rep̄henſibilis in fi. ex̄ de appel. qñqꝫ ponit̄ ꝓ decretali vel alia certa diſtinctiōe ſacre ſcripture. vt in. c. cū ſup extra de ſepul. ꝓut hec notant̄ per vuil. dicta cle. i. ꝟ. in capitulo. Io. an. extra de reſcriptis. c. capitulū ſancte crucis. de varijs ſignificationibꝰ huiꝰ dictōis caplꝫ ponit hūc verſū. Diſtinguit minuit locat ꝛ collectio fertur. Fm ꝑmū modū vice ad notandū diſtinctionē ponūtur capitula decretaliū ꝛ alioꝝ libroꝝ vt in. c. ꝙ in dubijs. ex̄ de ſen. excōica. Iuxͣ modū ſecūdū ſignificat diminutiuū huiꝰ nois caput Scdm tertiū modū ſigt̄ locū in quo ſiūt cōes tractatus vt ſupra dixi. ꝛ facit ꝗd legit̄ in. c. in cauſis de electi. vltra mediū. ibi / foreꝯ capituli ꝛc. Quarto mō ſumit̄ ꝓ collectione ꝑſonaꝝ adinuicē de his q̄ eis incūbūt in locis ad hoc aſſignatis tractantium. vt dicto c. capitulū. et hoc mō ſumptū ſuppoīt qñqꝫ ꝓ ꝑſonis cōgregatis in eccleſia metropolitana vel cathedrali. Qñqꝫ ꝓ ꝑſonis cōgregatis in eccl'ia cōuentuali regulari vel collegiata. exēpla patēt de metropolitana in decretali poſt electionē. de inſtitu. de cathedrali ptꝫ in. c. cū vos. de his q̄ ſiūt a prela. ſine cōſen. capitu. de elect. c. maſſana. ꝛ. c. ſeq. de cōuētuali regulari ptꝫ in. c. q̄uis. de offi. ordi. li. vj. Et harū q̄lꝫ poteſt dici eccleſia collegiata large ſumpto vocabulo ſꝫ illud ꝗd dr̄. eccleſia collegiata eſt collectio hominū ſimul viuētiū. de elec. c. qꝛ ſepe. in ꝑnci. li. vj. ꝑ archid. ꝓprie tñ loquēdo caplm̄ dr̄ reſpectu eccl'ie cathedralis. cōuentus reſpectu eccl'ie regularis: collegiū reſpectu eccl'ie inferioris vbi eſt collectio viuentiū in cōi. ꝓ quo faciūt nōta ꝑ archid. de offi. ord. c. q̄uis. ꝟ. capitulū. cum duabus gloſis ſequen. li. vj. Qñqꝫ vero capitulū ponitur ꝓ collectione pluriū ꝛ nō cōiter viuētiū: ſed ob tractatus cōes inter ſe habēdos ad aliquē locū cōfluentiū. exēplū ptꝫ in caplis gñalibus monachoꝝ ꝛ alioꝝ regulariū de quibus legitur in. c. in ſingulis. ex̄ de ſta. mona. ſꝫ quē modum collectio rectorum / vicarioꝝ / ꝛ alioꝝ virorum eccleſiaſticoꝝ ob huiuſmodi tractatus cōmunes inter ſe habēdos etiā dicitur capitulū vt hic. Et quia vt cōiter huiuſmodi capitula celebrantur in locis minus inſignibus videlꝫ in rure conſtitutio hic eſt ꝙ capitula ruralia dicuntur vt hic apparet: et hec capitula quandoqꝫ appellantur conuentus in conſtitutiōe othonis. c. ſacra. ad finē. vbi de hoc per Io. de athona. ꝟ. cōuentibus. ꝛ horum capituloꝝ quedaꝫ tenentur de tribus ebdomadis in tres. quedam ſemel in quarta anni. et hec dicūtur capitula principalia propter maiorem cōfluentiam cleri. et quia in his de negocijs arduioribus tractari conſueuit de quibus qꝛ magis ninunt conſuetudini patrie q̄ iuri communi hic de eis vlterius ſcribere omitto.

Eccl'ia collegiata.

Capl'z / cōuēt' / ꝛ collegiū differūt.

ʒ ❡ Per ſe. ſi forſan preſentes ſint: alias autē ſufficiet vt ꝑ ſuas litteras fieri precipiant vel per nuncium vt in regula iuris. qui ſic facit per aliū. li. vj. preſertim cum nō deceat ſtatū pōtificalem in ſingulis capitulis huiuſmodi perſonaliter intereſſe. et ſic cōcor. ea que notantur per Iohan. an. in addi. extra de dolo ꝛ cōtu. c. venerabilis. ꝟ. vel alios. qḋ dic vt. j. gloſa proxima.

t ❡ Vel eorum officiales. hi enim quandoqꝫ miſſi dominici nūcupātur in. c. ij. extra de regula. et. c. i. de frigi. et male. quandoqꝫ tamen dicitur officialis is cui epiſcopus vices ſuas cōmittit vt notat Bernar. in. c. iij. extra de inſtitutio. gloſa. j. vbi tractatur de officialibus et eorum poteſtate per Innocen. Hoſtien. et Iohan. an. in no. ❡ Hic vero ſumitur officialis ꝓ eo cui generaliter cōmittitur cauſarum cognitio per epiſcopum: et talis officialis habet idem auditorium cum epiſcopo ipſum deputante. de appellatio. c. romana in princi. li. vj. Unde a tali officiali non appellat ad ipſum epiſcopum ſed ad eū ad quem appellari debet ab ip̄o ep̄o prout legitur in eo. c. talis etiam officialis dignitate fungitur ad effectum ꝙ ſibi valeant cauſe committi a ſede apoſtolica. vt in. c. et ſi principalis. de reſcrip. in cle. vnde merito tali iniungitur executio eorum que ratione iuriſdictionis pertinent ad epiſcopum vt hic. Sed nunquid epiſcopꝰ omiſſo ſuo officiali vel etiam ipſe officialis in caſu huiuſmodi conſtitutionis poſſit per alium facere vt dicta conſtitutio octoboni recitetur non incurrendo penam hic limitatam. videtur ꝙ ſic ar. regule iuris qui per alium. li. vj. cum concor. ibi alleg. per doctores. Et ad idem facit alia regula poſita in eo. ti. que dicit poteſt quis per alium quod poteſt per ſeipſum. et huic bene cōcor. quod legitur ꝛ notatur in. c. mulieres. extra de ſenten. excō. vbi de hoc per Bernar. E contra videtur nam hic videtur induſtria perſone eſſe electa ad minus ipſius officialis: ergo factum per ſe explicandum per alium explicare non poteſt. ar. l. inter artifices. ff. de ſolu. et. c. vlti. extra de offi. deleg. cum ſimilibus magis nanqꝫ timeri ſolet quod per ip̄m poteſtatem habentem imperat̄: q̄ ſi illud fiat nūcio mediāte vel litteris. ❡ Circa hūc articulum poteſt dici ꝙ cum ſecundum hanc conſtitutionem puniatur ſola ſpontanea negligentia epiſcopi non poſſet intelligi ſponte negligens ſi per litteras vel per nunciū mandet dictam conſtitutionem recitari. vnde ſi recepto mandato epiſcopi decanus vel eius vicem gerens cui ipſum mandatum dirigitur nō pareat preter penam inobedientie et contemptus. incurrit penam contra non recitantes inferius limitatam. Sed quia officialis in hoc caſu ſpecialiter ad hoc explicandus eſt electus maxime cum de conſuetudine ſoleat ſeu ſaltem debeat dictis quatuor pricipalibus capitulis preſidere. puto ꝙ ſi ip̄e officialis fuerit negligens ꝙ ex huiuſmodi negligentia epiſcopus qui erat diligens officialem ad hoc dirigendo non incurrit hanc penam. nam cum per ipſum non ſteterit ſibi non eſt imputandum vt in regula iuris imputari li. vj. nec negligentia officialis debet epiſcopo nocere. l. ſi quis in ſuo. C. de inoffi. teſtam. et. l. ſancimus de penis. cum ſimilibus. Si vero cōtingat officialem impediri legittime quominus poſſit actum perſonaliter per ſe explicandum perficere: tunc puto ꝙ per alium illud quod incumbit poterit explicare non vt hoc alteri deleget: ſed vt miniſterio alterius interueniente ipſemet hoc feciſſe videatur. pro quo facit C. de ca. tollen. l. vnica. §. ne autem. in fine. et. ff. de adminiſtratio. tuto. l. ita tamen. §. geſſiſſe cum ſimilibus. et bene facit. ff. de conſti. pecu. l. et licet. cui etiam concor. notata in dicto capi. venerabilis. extra de dolo et contu. ꝟ. vel in alios. per Iohannem an. i addi. ❡ Vlt̄ pro clariori premiſſorum intellectu eſt notandum ꝙ quedam ſunt facta que non poſſunt expediri per inſtrumentum ſeu miniſtrum ſeparatum ab ipſo corpore vt adulterium: et tunc qui facit per alium non videtur vere id feciſſe ſꝫ interpretatiue feciſſe dici poteſt. quedam ſunt facta que poſſunt explicari per inſtrumentum ſeu miniſtrum ſeparatum a corpore vt percuſſio homicidium ꝛ ſimilia. que poſſunt perpetrari ſagitta vel lapide emiſſo: et hic aduerte. nam quandoqꝫ illud inſtrumentum quo mediante talis actus perpetratur agit de neceſſitate nec ꝑt nō agere. et tunc q̄ facit mediāte tali inſtrumēto ſeu miſtro vere facit. ꝛ ſic ſtat lex Iul' mela i ꝑncipio. ff. ad. l. aq̄l. Qñqꝫ inſtrumētū ſeu miniſter q̄ mediāte ꝑpetrat̄ actꝰ agit i virtute ſue ꝓprie libertatis. vt ſi mando hoī habenti intellectum percutere vel occidere: tunc ille percutiēs vel occidens hoc facit

Officialis

Queſtio.

Negligē-
tia official'
non nocet
ep̄o.

vel saltē per decanos rurales vel gerentes eorum vices distincte ⁊ aperte coram toto capitulo exclusis laicis recitari. quā recitationem pro monitōe haberi volumus vt libere cōtra omnes viciosos huiusmodi pcedi valeat ne causari possint cū ad executionem priuatiōis in eos late sententialiter in cōstitutiōe pdicta pcessū fuerit se monitos non fuisse. ¶ Si qui aūt predicte cōstitutionis recitatōꝫ maliciose ipedierit excōicatiōi subiaceāt ipo facto. Si qs

ex libero arbitrio vnde ipe vere facit ego autem tm̄ videor prebere causam: qꝛ mandatū meū nō est necessaria causa actus sui ⁊ ita intelligitur .l. item si obstetrix. ff. ad .l. aquil. cū si. lib⁹. Modo ad ppositū vbi mandatur aliqd alteri qd post susceptū mādatum ipe suscipiens necesse habet facere saltem necessitate iuris quia de iure obligat ad illud pficiendū: tunc ille qui mandat vere facit id qd fieri mandatur ꝓ quo facit qd legit .i. l. pater. in fi. ff. de ma. vindic. ⁊ ff. qd quisq₃ iuris ī .l. iii. §. si pcurator sm bartho. qui hanc theoricā ponit in .l. sed ⁊ si vn⁹ §. seruus. ff. de iniurijs. ꝗ etiā predicta itelligit esse vera vbicūq₃ mādat alteri id quod licitū est vel honestum. nam post susceptum mandatum ille cui aliquid huiusmodi mandatur hoc facit necessitate iuris sm eum secus tn̄ est in mandato illicito vel inhonesto qd nō obligat recipientē mādati ex necessitate legali. vnde in hoc casu mādās vere non facit si interptamur. et ita loquit lex .i. §. deiecisse. ff. de vi et vi ar. ⁊ .l. si pater. ff. de his q in frau. credi. cōcludo g̃ iuxͣ premissa ꝙ epūs vel eius officialis in casu nr̄o mandās suo subdito qui sibi obedire tenet vt dictam cōstitutionē octoboni auctoritate et noīe suo faciat recitari: si fiat id qd mandatur vere id facere videtur et sic non incurrit penam hic impositā. ar. rationū et iurium pcalle.

Mādatū inhonestū ñ obligat.

a ¶ Saltem. de hac dictiōe notat arch. de rescriptis. c. statutum. ꝟ. saltem. li. vi. vbi dicit ꝙ quāq₃ hec dictio saltem est coniunctio aduersatiua. quāq₃ cōiunctio disiunctiua. qd dic vt ibi no. in h eni loco vt michi videtur hec dictio saltem est cōiūctio diminutiua sm intellectū quē ponit Bartho. in .l. i. ꝟ. sed quid si dicit. ff. de iureiu. est eni sensus ꝙ epūs vel eius officialis possit et p quēcūq₃ de suis subditis illud negociū facere explicari sed ad minus ꝙ faciat vt explicet p decanū vel eius vicem gerentē. ⁊ ad hoc facit qd legit. C. de emend. ppin. l. i.

Decani rurales.

¶ Decanos rurales. de quibus loquitur decretalis ad hec. ext. de offi. arch. et sūt hi decani tpales ad aliquod ministerium sub epo vel archiepo exercēdū cōstituti. vt no. in. c. c. sup ꝟ. ab omnibus p Innoc. et hostien. concor. in. c. c. et hos vocat Io. an. in addi. testes synodales de quibus fit mentio ext. de test. cogen. c. preterea. nec habent institutionē canonicā tanq̄ in beneficio sm doctores predictos. ⁊ de hmōi decanis etiā habet de cens. c. cū aplūs in ꝯstitutione othonis ꝙ in quodā. et in cōstitutiōe qm̄ tabellionū. ⁊ dicuntur decani eo ꝙ decē clericis siue prochijs psunt sm papiam. ⁊ no. l. di. in capite post principiū p arch. in rosario ⁊ facit ad idē. C. de deca. li. xij. vbi de hoc sup rubri.

b ¶ Eorum vices. cōtra hoc opponitur. nā cū huiusmodi decani sint vicarij epoꝝ ⁊ archiepoꝝ vt no. p Inno. in. c. ad hec extra de offi. archi. videtur ꝙ ipi aliū vicariū ꝯstituere nō possūt in. c. clericos. ext. de offi. vica. so. ibi loquit de vicario cōstituto ad curā animarū vel ad diuina cui regulariter nō licet vicariū substituere. hic loquitur de vicario gerente aliquod officiū vel administrationē exteriorē q bene potest aliū substituere loco suo. ar. l. pcuratori. §. si mandauerit. ff. mādati. ⁊ .l. neq₃ tutores. C. de pcu. sed huic solutioni obstare videt .l. a iudice. C. de iudicijs. per quā .l. dicit goffre. ꝙ nec talis vicarius possit aliū sibi substituere. vnde sm alios dici potest ꝙ hic loquitur sm consuetudinē p quā hmōi vicarij alios loco suo substituūt. secus tamē esset de iure cōi. ⁊ huic solutioni cōsonare videt glosa cardinalis de offi. vica. c. i. li. vi. sup ꝟ. vices Hostien. et Io. an. in d. c. clericos. dicunt ꝙ vicarius infirmus vel aliter rōnabiliter et legitime impeditus licet nō ppetuo ad tps tn̄ potest alijs cōmittere vices suas. ꝓ quo alle. l. i. pmo rn̄so. ff. de officio eius cui man. est iurisdi. nō tamen sic ꝙ ipi totaliter exonerent. et huic dicto cōcor. notata p Wil. in. c. vnico. de offi. vica. glosa sua magna. ꝟ. vi. in cle. et concor. paulus eo. c. ꝟ. vicarij. cōsimile etiā notatur in. c. cum ex eo. de elec. ꝟ. deseruiatur p arch. li. vi. et ibi de hoc p Io. an. no. et p eūdem in. c. iij. de offi. archipresby. sup ꝟ. cū omnibus.

c ¶ Distincte. vt scꝫ non fiat cum tali celeritate ꝙ ab audientib⁹ non possit intelligi: sed singulas clausulas cum cōgrua punctuatione. pferendo.

d ¶ Aperte. id est palam ⁊ alta voce vt possit recitans ab omnibus audiri.

e ¶ Coram toto capitulo. i. in presentia totius capituli. cui concor. qd legitur in .l. i. §. i. ff. de pcura. et in hoc casu requiritur ꝙ illi de capitulo id qd corā eis recitatur audiāt ⁊ intelligant. alias aūt nō dicit fieri corā eis. ar. ad hoc .l. corā ticio. ff. de verbo. sig. cum cōcor. ibidem.

f ¶ Exclusis laic. sic dictis a laos grece qd est ppls latine. xij. q. i. duo sunt. qui qꝛ clericis oppido sūt infesti. c. clericis de imunit. eccle. li. vi. merito ab hoc actu vicꝫ recitationis dicte constitutionis excludūtur ne audiētes recitationē eiusdem forsan contra eos ex ipoꝝ malicia solita amplius debacarent.

p ❡ Reseruato. supple per ipm moriturū sic q̄ inde non disponat in preiudiciū illius cui de iure vel cōsuetudine debebit in euentū mortis superuenientis. ꝛ hoc innuūt illa verba que sequūtur sine dolo fraude ꝛc̄. Et hanc reseruationē sic fieri debere puto si ipse decedens sit mentis cōpos ꝛ intelligens: alioquin si sit alienatus a mente vel als distractus debet hec reseruatio fieri ꝑ administratores bonorū suorum.

q ❡ Ecclesie sue. hoc statim determinat et eo qḋ sequit a qua ꝛc̄. Et sic vigore huius cōstitutionis nō debetur mortuariū illi ecclesie cuius nō fuit parrochianus licet infra eius parrochiā decesserit. ex cōsuetudine tñ de qua loquit in fi. bene posset illi ecclesie vbi morit deberi mortuariū: licet ibi nō fuerit ꝑrochian' vt videlz ecclesia illa de rebus quas ibi habuerit primā forsan vel scdam meliores habeat noie mortuarij. Et q̄ ꝑferatur ecclesie vbi fuit parrochianus in optione illius rei. Et nichilomin' ecclesia vbi fuit parrochianus posset etiā de aliis rebus habere mortuariū prout se habuerit cōsuetudo in hac parte. Est tñ verū a pte iuris q̄ cū talia nō debeant nisi rōe iuris ꝑrochialis ex eo vicz q̄ decedens fuit ꝑrochian' ꝛ vt ꝑrochian' ecclie vbi habuit domiciliū et in qua solebat audire diuina ꝛ recipere ecclie sacramenta. ꝓut legit et nōtur in c. ij. de sepult. §. cū ab eo. li. vj. licet ex causa aliqua limitata per quā nō transferatur domiciliū: talis se transferat ad locū aliū ꝛ ibi moriat nō tñ debetur ecclesie infra cuius parrochiā moritur aliqḋ mortuariū: saltem in preiudiciū ecclesie parrochialis ipsius defuncti vbi habuit domiciliū. facit optime ad hoc. c. is qui. de sepul. li. vj. vbi de hoc per doc. ❡ Sz quid si erat domiciliatus in diuersis parrochiis: et in vtraq̄ viuens cōsueuit percipere sacramenta nūquid vtraq̄ ecclesia habebit mortuariū/ vel carū altera ꝑsertim cū hec cōstitutio nō statuat nisi de vno aiali vicz de scdo meliori. Omissis argumentis dico q̄ estimatio huius aialis debet diuidi inter ipsas ecclesias dum tñ in ipsarum parrochia sua domicilia equaliter collocauerit. textus est in simili extra de sepult. c. ij. li. vj. cui cōcor. in sili l. ticie textores. ff. de leg. j. et notabiliter. c. relatū. in fi. extra de testa. Secus tñ esset si in vno loco instructus esset. nam a maiori facienda est denoiatio. ar. ad hoc. ff. de sta. ho. l. queril. fm Cardi. i dicto. c. ij. Et idem qḋ dictū est de duabus ecclesiis pōt intelligi

Questio.

de pluribus fm Jo. in no. §. duo. dictō. c. ij. li. vj.

r ❡ Sacramenta recepit. Hec cōstitutio tñ cōsiderat receptionē sacramentorū: non aūt auditionem diuinorū. vnde si in vna ecclesia vel capella audiret diuina in alia perciperet sacramenta illa preferri debet in qua percepit sacramenta vt hic patet. ꝛ hec puto esse vera nisi cōsuetudo patrie aliud exegeris.

s ❡ Sine dolo. i. calliditate/ fallacia/ vel machinatiōe ad circūueniendū vel decipiendū ecclīam in ea parte adhibēda. sic enī sumitur dolus. ff. de dolo. l. i. Et dolus hmōi probari pōt ex perspicuis cōiecturis vt legitur in. c. ij. de renū. li. vj. Est nāq̄ viciū animi qḋ ex qualitate facti cognoscitur. ff. de excep. doli. l. i. in fi. C. de rescin. ven. l. dolus. et hmōi dolus quāq̄ presumitur: vicz qñ facti qualitas ad persone de cuius dolo agitur circūstantias relata ex iuris interpretatione dolum cōtinet. verbi gratia. Aliquis infirmitate preuentus et languens in extremis habēs tria animalia/ vel plura nulla necessitate ductus alienat oia aialia sua/ hic ꝑsumit dolus. nā soluere mortuariū stante constitutione ista est debitū cuius quidem debiti solutio est necessitatis. ff. de minoribus. l. q̄ si minor. §. restitutio. ergo alienando rem illā cuius venditio non pōt se cōpati cū eo quod sibi de necessitate incūbit. s. soluere siue reddere mortuariū facit dolū presumi. ff. de his q̄ in frau. cre. l. omnes. §. luci' ꝛ dicto. c. ij. de renū. preall'. Sic quoq̄ ꝛ dolus quāq̄ probat. quāq̄ estimatur. quāq̄ cōiecturatur. quāq̄ iudicatur vel demonstratur. pone exempla per ea que no. in. c. scienti. de re iu. ꝑ Card. li. vj.

Dolus.

t ❡ Fraude. hanc qui allegat ipsam ꝓbare debet sicut et qui dolum allegat. ff. de ꝓba. l. quotiens. §. qui dolū. et q̄diu cōsistit in aio absq̄ euidentia exteriori pōt purgari proprio iuramento. ex de excōica. pastoralis. fm Jo. de athona qui sic notat in cōstitutiōe Otonis. alicubi audiuimus. §. callidū in prin. Si vero progrediatur ad executionem actus qui cōsequenter sequitur ex dolo tunc ꝓbatur ex perspicuis indiciis et verisimilibus cōiecturis. C. de dolo. l. dolo. Hui' aūt ꝓbatio siue inuestigatio multiplex est vt ptz in loco preallē. per Jo. de athona. ad cuius declarationem etiā faciūt no. et alleg. in glosa ꝑcedenti. Et fm Papinia. fraus cōsiderari debet nō solū ex euentu sed ex cōsilio. ff. de reg. iu. l. fraudis. Ex quo videt q̄ fraus nō est sine dolo. ꝛ sic ibi sentit glo. Differunt tñ dolus et fraus super quo glo. in. l. iuris gentiū. §. dolo. ff. de pac. ponit tres opiniones fm quarū primā dolus est genus. fraus est spēs ꝛ sic inest dolo et fraus sicut species inest generi. Scdm alias duas dolus est species. fraus est gen' et sic etiam inest dolo fraus sicut genus speciei. Sed primā opiniones approbat ibi Barth. quo ad solutionem cōtrarii de quo ibi loquitur glosa qui etiā concludit q̄ dolus et fraus idem important in effectu.

Dolus et fraus dif

v ❡ Contradictione. primus enī remouet quācūq̄ euasionem occultā que possz fieri ex cordis imaginatiōe dum dicit sine dolo ꝛ fraude. Iam remouet euasionem apertam et inobedientiam siue rebellionem manifestā dū dicit sine contradictione qualibet et simile habes de concess. preb. constitutus. ❡ Sed quero quo iure tenent subditi suffraganeorū obedire huic ordinationi maxime cū constitutio liget tñ subditos constituentis. C. de sum. tri. ꝛ fi. catho. l. i. in prin. cū similibus. dici pōt q̄ auctoritate prouincialis concilii in quo si hec constitutio per archiepm fuerit edita ligat omnes de ꝓuincia. xviij. di. c. viii. de accu. sicut olim de preb. grauem. & sen. excō. a nobis. le. i. ꝛ ibi no. per Inno. ꝛ de loca. c. i. per Hosti. pro quo bene facit. viij. di. que contra. vbi de hoc per arch. pro quo vide qḋ no. de sen. excō. c. romana. §. sententie. per Cardi. ꝛ Archi. li. vj. Sed verisimile est hanc constitutionem non fuisse editam in constitutione prouinciali vt dixi. s. §. synodali. ad finem.

Questio

x ❡ Pro recompensatione. hic sume illud quod sequitur videlz scdm melius animal post obitū reseruetur.

y ❡ Subtractionis. supple ignoranter facte. nā si scienter ꝛ voluntarie subtraxeris decimas personales seu oblationes debitas ecclesie/ ꝛ decime ille vel oblationes extenderit se ad magnā q̄titatem videlz vltra estimationem aialis scdo melioris: non esset iusta recōpensatio vt forsan pro decimis vel oblationibus excedentib' se ad valorem. xx. s. solueres vnū aial. v. s. Et iste intelle

Queſtio

eius ſatis colligitur ex integra. ¶ Sed q̄d ſi nullus decimas vel oblationes hm̄oi ſubtraxerit an tenetur reſeruare aial ſcḋm melius de quo hic dicitur. Puto ꝙ in hoc reſpiciendũ eſt ad cõſuetudinem diutius viſitatam: vt pat3. ſ. e. c. §. hac autem.

decimarum perſonalium necnon et oblationum[a] ſecũdum[b] melius animal reſeruetur[c] poſt obitum[d] pro ſalute[e] anime ſue eccleſie[f] ſue huiuſmodi liberandũ. q[g] ſi duo tãtũ in bonis decedẽtis extiterint aialia de

Decime perſonales.

¶ Decimarũ perſonaliũ ꝗ debentur ex negotiatione/ artificio/ ſcientia/ militia/ et hm̄oi que potius reſpiciũt perſonã ꝙ̃ rem ipſam. et tales ſolui debent eccleſie vbi quis audit diuina et eccleſiaſtica percipit ſacramẽta. vt in. c. ad apoſtolice. et̃ de deci. et. xvi. q. i. queſti. Iudei tñ has decimas pſonales ſoluere nõ tenent: qꝛ eorũ perſone nõ ſunt de corpore eccleſie prout no. in. c. de terris. extra de deci. glo. i. per Ber. nec debet eccleſia hm̄oi decimas ab eis recipere ne videatur ipſorũ pſonas approbare iuxta no. p Io. xvi. q. i. c. decime. ſuper. v. negocio. Tu dic ꝙ ſi iudei inhabitent loca vbi xp̄iani ſolebant habitare ⁊ faciebant oblationes ⁊ ſoluebant decimas perſonales: ipſi iudei facient oblationes ⁊ ſimili modo ſoluent decimas perſonales: ne eccleſiis que ab inhabitantibus loca huiuſmodi ſolebant recipere oblatões ⁊ decimas perſonales fiat preiudiciũ per ipſos iudeos. et ſic no. doc. de vſuris. c. quãto. Et circa hoc vide quod dicam. ĩ. de deci. c. ſancta eccleſia. v. negociationũ.

Oblatio multiplex.

a ¶ Oblationũ. quarũ appellatione generaliter intelligendo cõtinentur oĩa ꝗ quocũq3 titulo ad eccleſiam puenĩũt. in. c. cũ inter extra de v̄b. ſig. ſiue ſint mobilia ſiue immobilia. Eſt tñ differentia inter oblationes ꝗ fiunt altari: ⁊ alias oblationes vt ibi no. Inno. ſpecialiter vero loquendo dr̄ oblatio id qḋ in miſſa offert ſacerdoti ꝗ in precipuis feſtiuitatibus debita ⁊ neceſſaria eſt. vt in. c. vt dñicis. extra de parrochi. ſm̄ Hoſtieñ. qui ſic notat in. c. cauſa. extra de verb. ſig. ⁊ ſumit hic. ¶ Pro cui⁹ materie declaratione ſcire debes ꝙ eſt oblatio ꝗ fit eccleſie: ſiue de bonis mobilibus ſiue immobilibus per modũ donationis inter viuos. Alia eſt oblatio ꝗ fit ad inſtar donationis ex cauſa mortis. ⁊ tales donationes ab initio ſunt gratuite nec poſſunt aliqui compelli ad eas faciendas. In aliis vero ſm̄ Hug. quis põt cogi p excõicatiões vt in. c. omnis xp̄ianus. de ꝯſe. di. i. Alii tñ intelligũt illud. c. de oblatione interiori/ vel bonorum operum inter quos eſt ray. Hoſtieñ. dicit ꝙ in precipuis feſtiuitatibus tenetur quis offerre: et cogi põt maxime cũ ſit quaſi gñalis cõſuetudo vbiq3 terrarũ. ⁊ ſic intelligit hoſti. illud. c. c. oĩs xp̄ianus ⁊ intelligit feſtiuitates pcipuas dies dñicos ⁊ alios dies feſtiuos ꝑut ſic no. p eũdẽ de proch. §. in qb⁹. in ſumma ſua. Ego aũt puto ꝯſuetudinẽ ſup hoc fore attendendã cui ſatis ꝯuenit qḋ legit in. c. ad aplicã et̃ de ſymo. et ibi no. per Inno. ⁊ de parroch. ſuper rub. p eũdẽ. ſed meli⁹ ibidẽ per Io. in no. et concor. no. p archi. in dicto. c. oĩs xp̄ianus. et de decimis. c. ꝗuis. per Io. in no.

b ¶ Secũdum melius aial. hic vide qḋ ſcripſi. ſ. v. aialia.

c ¶ Reſeruetur. ſupple per ipſm̄ decedentem. vel alias vt dixi. ſ. v. reſeruatis.

Queſtio

d ¶ Poſt obitũ. Quid ergo ſi paterfamilias adhuc viuens infirmitate tñ de qua moritur detentus ꝑpter neceſſitatem ⁊ ad releuamen paupertatis ſue vel indigentie vendat aliqua aialia ſua ſic ꝙ poſt obitũ ſuũ nulla remanẽt de quibus ſolui põt mortuariũ. quid erit eccleſie faciendũ. Dicendũ puto ꝙ ſi dolo vel fraude ceſſantibus fiat talis alienatio tũc eccl̃ia nichil habebit preſertim cũ liceat vnicuiq3 de re ꝓpria pro libito ad ſuã vtilitatem diſponere. l. in re mãdata. C. man. et ad hoc optime facit. §. ſi qs in. l. non ſolũ. ff. de al. iudi. mu. cã. nec debet eccleſia eſſe ſollicita in vita alicuius ſui ꝓchiani de bonis ſuis. ar. ad hoc. ff. de acqui. here. l. qui ſuperſtitis. Si autem dolo vel fraude facta ſit huiuſmodi alienatio tunc puto alienatiõem hm̄oi iniuſtum tendit in preiudiciũ eccleſie fore reuocandã. maxime vbi emptor erat ꝑticeps fraudis: et hoc per officiũ iudicis/ vel cõdictione ex hac cõſtitutione ad inſtar alienationis facte in fraudem patroni. ar. ff. ſi quis in frau. pa. l. i. et. ii. et. ff. ꝗ in frau. cre. per totũ. Si autem emptor ſit bone fidei tũc dicerem ꝙ illud ſcḋm melius aial reſtituetur eccleſie: et de aliis bonis defuncti reddet emptori preciũ

ſi tñ ipſm̄ aial habuerit ex titulo lucratiuo. tũc cũ ſibi damnũ nõ inferatur bene poſſit hm̄oi alienatio reuocari totaliter. ar. §. ſimili modo. in. l. qui aũt. ff. que in frau. cre. Si vero fcã ſit alienatio oim̄ bonorũ tunc eo ipſo preſumitur fraus ⁊ habes locũ cõſtitutio bone memorie Io. ſtratford quã habes. ſ. de donatio. c. cordis dolore. ibi videas.

mãſuetudine[h] eccleſie exactio[i] quelibet noĩe mortuarii[k] remittatur: quia ſi mulier[l] viro ſuperſtite obierit ad ſolutionẽ mortuarii minime[m] cohereceatur. Sed ſi poſt obitum mariti in domo[n] cum[o] familie regimine

e ¶ Pro ſalute aĩe ſue. ꝗ cõſiſtit in peccati remiſſione ⁊ ꝙ nõ remittitur niſi ſubtractũ reſtituat. et̃ de vſur. cum tu.

f ¶ Eccleſie ſue hm̄oi. ſ. a qua ſacramenta recepit.

g ¶ Q: ſi duo. ſecũda po

h ¶ De manſuetudine eccleſie. mãſuetus ſm̄ Papiam eſt ꝗ nullã iniuriã irrogat. ⁊ no. xvi. q. i. nos aũt. v. manſuetos. per Archi. ⁊. xii. q. ii. fraternitas. v. manſuetudine. Hec itaq3 virtus in perſonis eccleſiaſticis cõmendabilis ẽ ſic tñ ꝙ manſuetudo ornet rigorem ⁊ rigor regat manſuetudinẽ ſic ꝙ alterũ cõmendetur ab altero ne rigor ſit rigidus nec manſuetudo diſſoluta. xlv. di. ſunt nãq3. eſſ3 eni valde rigoroſum vbi tñ duo ſunt aialia: et vnũ debet forſan dño teneñ. vel alteri de iure vel cõſuetudine ꝙ eccleſia reciperet ſcḋm melius aial nullo relicto vxori vel liberis defũcti: pſertim vbi ſũt inopes ⁊ egẽtes.

Manſuet⁹.

i ¶ Exactio quelibet. Si ergo abſq3 exactione gratis offeratur videtur ꝙ illud oblatũ eccleſia recipere nõ ꝓhibetur vt ſic ſumatur exactio pro cõuentione iudiciaria qua inuitus quis ſoluere cõpellitur. ff. de leg. iii. l. fideicõmiſſa. §. ſi rem. In iſto tñ caſu videtur contrariũ. ſ. ꝙ etiã a volente nõ recipiatur. Pro quo facit textus hic dũ dicit exactio quelib3 remittatur. Improprie enim dicitur exactio ꝑut ſonat in petitionẽ remitti. Sed ꝑut ſonat in ſolutiõem ꝓprie dr̄ remitti. Dicere ergo quelib3 exactio remittatur perinde eſt ac ſi diceret ꝙ ſolutio remittat. ⁊ ꝯcor. in ſimili vic3 ꝙ etiã a volente nõ recipiatur. C. de ſalga. hoſpi. non preb. l. iſta. li. xii. Et faciũt nõ. per Archi. de reſcrip. c. ſtatutum. v. exigat. li. vi. Sed qḋ prius dixi puto verius. nã exactio remitti dr̄ qñ ius ad mortuariũ hm̄oi cõpetens relaxatur ſeu alis remittitur. faciunt ad hoc no. per Io. viii. q. iii. c. talia. Et ſic ly in hoc etiã caſu ſcḋm melius aial ſit in obligatione et debeatur eccleſie: non tñ erit in petitione vt ſ3 exigatur in effectu.

k ¶ Mortuarii. ſic dicti eo ꝙ relinquitur eccleſie ꝓ aĩa defuncti vt nota. de offi. ordi. conquerente. v. mortuariorũ. p. B. ⁊ quia cũ mortuo tp̄e ſepulture cõſueuit ad eccleſiam deferri cui cõuentũt no. per Io. an. de ſepult. c. i. v. eis quibus. in cle.

Mulier

l ¶ Mulier. i. vxor. qñq3 tñ ponitur pro impubere. qñq3 pro virgine. qñq3 pro corrupta ꝗ dic vt no. xxxii. q. ii. mulier. per Io.

m ¶ Minime cohereceatur. huius rõnem de iure non bene video preſertim cũ cauſa mouens cõdentem ꝗ eſt ſubtractio decimarũ perſonaliũ ⁊ oblationũ vt. ſ. pt3 in parte deciſa: eque põt concernere perſonã mulieris ſicut et viri. S3 forſan cõdens attendebat modũ ſoluendi heriectas vbi a viro moriente tanq̃ principali et capite domus a dominis tẽporalibus et aliis capitalibus exiguntur et non ab vxore moriente viuente viro. ſed non eſt par ratio vt patet ex predictis.

n ¶ In domo. intellige non tñ ſm̄ ꝓprietatem ſed vt in domicilio. vnde ſiue in ꝓpria domo ſiue in cõducta vel gratis inhabitet locum habebit quod hic dicitur. ar. l. lex cornelia. §. domũ. ff. de iniuriis: ſic tñ ꝙ familiã teneat ⁊ hoc eſt quod ſequitur.

Verbũ familie varie ſumitur.

o ¶ Cũ familie regimine. Et nota ꝙ familie appellatione contineri poſſunt oẽs ꝗ in ſeruitio alicuius ſunt ſiue liberi ſiue ſerui. ff. de edil. edic. l. ediles. §. familie. et. ff. de vi et vi ar. l. i. §. familie. et de publica. et vect. l. i. §. familia. ⁊ hoc modo itellige qḋ hic dr̄. Quõ autem familie vocabulũ varie ſumitur habes. ff. de v̄b. ſig. l. ꝓnũciatio. per totũ. et de triplici genere familie no. Archid. de priuile. c. licet. v. familiaribus. li. vi. ¶ Sed quid ſi mulier poſt mortem mariti ſolos habeat filios vel ſolas filias/ vel filios et filias/ vel forſan nepotes et neptes ſimul in domo/ et non alios famulos neq3 liberos neq3 ſeruos: an tales cõtinentur appellatione familie? In caſu iſto videtur ꝙ non. qꝛ feminarũ liberi in eius familia nõ ſunt ſicut legitur. ff. de v̄bo. ſig. l. familie: puto tñ ꝙ ſic illa ꝯſideratione: quia familia cenſetur collectio perſonaꝝ

Queſtio

sub regimine alicuius existentiū. vt dicta l. pnūciatio. §. familie appellatio. in prin. nec ob. l. alleg. in ɔtrariū. qꝛ ibi ponit̄ familia pro ptāte vt ibi no. in glo. Unde licet femina nō habeat liberos in ptāte post mortem mariti eos tn̄ bene pōt habere sub regimine vt sic dicātur de eius familia vt ꝓdixi: sed aliter dici pōt q̄ hec littera non dicit familie sue: sed familie simpliciter ⁊ sic pōt intelligi de his oībus qui sub vnius potestate fuerunt qui recte eiusdē familie sue vna familia appellant. vt dicta l. pronūciatio. §. cōi iure vt potius respiciat naturā q̄ ius. ❡ Sꝫ quid si vnū vel duos seruientes habeat ⁊ non plures an dicetur habere familiā. Videt q̄ sic. ff. de vi ⁊ vi ar. l. i. §. familie. vbi familia dr̄ fecisse qꝺ per vnū factū est. econtra tn̄ facit qꝺ legit̄ i. l. detestatio. ff. de vb. sig. §. vnicus. vbi dr̄ q̄ nec vnicus nec duo famuli faciunt familiā. Circa hoc estimo verū q̄ etiā duo nō faciūt familiā: imo tres ad minus: vt l. neracius. e. ti. vbi de hoc. sed per vnū bene retinet ius familie. ar. l. sicut. §. fi. ff. qꝺ cuiusqꝫ vniuersitatis noīe ⁊ no. d. l. per accursiū. Si tn̄ hec mulier secū habeat duos sibi ministrantes ipsa existēte tertia dico illos tres cōstituere familiā. nā ⁊ dn̄s siue caput domus numerat̄ et cōtinet̄ in familia. vt. d. l. pnūciatio. §. pater aūt famil. et l. familie. in prin. Et no. de cōcess. preb. c. post electionē. glo. iii. nec obstat. l. i. §. familie. ff. de vi et vi ar. qꝛ speciale est in illo interdicto in odiū violētie vt ptꝫ in dicta l. detestatio. per accurs.

Questio.

vidua p annū supuixerit iuxta formā supius scriptā ad mortuariū obliget̄. Hac aūt interptatiōe cōsuetudini laudabili sup mortuariis in nr̄a ꝓuincia aliter obseruate nolumus ꝑiudiciū generari. qn̄ si decedēs numerū hmōi aīalium habuerit seu nō habuerit vir vel vxor prius aut posterius decesserit sup pstatiōe mortuariorū ɔsuetudo ecclīastica obseruet̄. Ad solutionē aūt debiti de iure vel ɔsuetudine mortuarii renuētes volum⁹ p locorū ordinarios censura ecclesiastica coartari.

Edmundus.

❡ Rector ecclie decimas nōdū pceptas añ annūciatiōē diue virginis nō vēdet.

Nullus rector decias ecclie sue nondū p

Vidua.

p ❡ Vidua. i. nō maritata. ⁊ dr̄ vidua quasi a viro idua. i. separata. ab iduo qꝺ idē est qꝺ separo vel diuido vt no. Jo. de athona. in cōstitutiōe Octobo. ecclesiarū. §. viduarū. Et ꝓprie dr̄ vidua q̄ desiit esse nupta. qnqꝫ tn̄ dr̄ vidua etiā q̄ nūqꝫ fuit nupta. vt. C. de idic. vidu. toll. p totū. ⁊ est text. in l. malū. §. vidua. ff. de vb. sig. de hoc etiā no. C. qn̄ impera. inter pu. et vi. l. vnica. §. nō q̄ro. p Chy.

Propō p plura sigt.

q ❡ Per annū: hec ꝓpositio per significat cōtinuationē tēpis vt vicꝫ totius annus cōtinuet in viduitate. ⁊ huic ɔcor. nō. p Archi. in. c. cōtumacia. de heret. li. vi. §. p annū. vbi de hoc sunt concor. Significat nāqꝫ ꝓfectionē siue cōpletionē. vt. l. vrbana. §. procurare. ff. de verbo. sig. ⁊ no. in cle. causam. de elec. §. perlecto. per Jo. Qnqꝫ p denōt cām. xlvi. di. h̄ ꝓpriū. ibi p. i. ꝓpter. ⁊ l. di. vt cōstitueret. c. §. p archi. Qnqꝫ signat tēpis ɔcomitātiā. xxxv. di. sexto die. §. p qꝺ. p Archi. Ex hac littera ptꝫ q̄ si mulier manens vidua infra annū decesserit q̄ nō debet mortuariū. cuius rōem nō video nisi dicat̄ qꝛ p tantū tēpus retinet domiciliū viri ꝑmortui. ar. l. filii. §. vidua. ff. ad munici. et. C. de bo. mat. l. fi. vbi de h̄ p Chy. C. de priuile. sco. l. i. li. x. Sed p rōem illorū iuriū nō solū hoc retineret p annū sꝫ etiā q̄diu vidua ꝑmaneret. que ꝗ sit ratio dicat appollo.

r ❡ Superuixerit. supple et in eadē viduitate decesserit. nā si nupta fuerit alteri: tūc si decederet viuente scḋo marito nō esset cōpellenda ad mortuariū soluendū vt ptꝫ hic in textu.

s ❡ Formam superius scriptam. videlicet de reseruando secūdū melius animal vbi sunt tria animalia.

t ❡ Hac autem. secūda pars in qua precedentia restringūtur ne noceant consuetudini laudabili aliter obseruate.

v ❡ Interptatōe. vicꝫ sup dicto statuto Rober. winchelse. Hec nāqꝫ cōstitutio quā ascripsi Symoni langhā lꝫ in q̄busdā libris et male ascribatur Stephano langton q̄ longo tpe precessit Robertū winchelse interptando declarat dictā cōstitutionem Roberti q̄ est. s. de sepult. c. fi. Et hoc bene licet successori qui cōsiderata iurisditōne ⁊ dignitate reputat̄ eadē ꝑsona cū condente. ar. l. ꝓponebat. ff. de iudi. hoc nāqꝫ nō facit vt ꝑuatus sed vt archiepūs. cui dicto cōcor. qꝺ no. p Barth. ff. de appella. l. ab executore. §. quero virū vnus iudex. vbi videre poteris multa notabiliter posita super materia interptationis: quasi p totā legem. Et optime de iusti. et iu. l. oīs. §. vi. principaliter. cū. §. sequen. p eūdem. Et de hac materia no. de postula. pre. c. i. §. interpretatio per H. et alios. et. xi. q. i. c. sicut. per Jo. et Archi.

x ❡ Cōsuetudini laudabili. ad quā seruandā possunt cōpelli cōtra facere volentes. ꝓut legit̄ extra de symo. ad aplicam. vbi Hosti. ponit exemplū de cōsuetudine venetiis vbi post mortē alicui⁹ soluitur ecclesie decima oīm bonorū mobiliū. Itē in britānia soluitur tertia pars. Et pōt dici cōsuetudo laudabilis ois illa que nō est cōtra fidem vel cōtra bonos mores: ⁊ q̄ est pia erga deū ⁊ ecclesiam xi. di. consuetudinem. vn̄ in aliquibus locis cōsuetudo est q̄ ecclia habeat lectū defuncti vel ei⁹ vestes: vt no. Hosti. d. c. ad apostolicam.

Consue do laud bilis.

y ❡ Super mortuariis. s. soluēdis. vel nō soluēdis.

z ❡ In nostra prouincia. Ex hac lr̄a videtur q̄ supradicta ordinatio potius cōcernebat dyocesim q̄ ꝓuinciā vt dixi. s. e. §. synodali. quasi itendere velit vt p ordinatiōes factā in dyocesi nō ꝑiudicet cōsuetudini alibi existēti infra ꝓuinciā.

a ❡ Aliter obseruate. s. q̄ supra dictum est de soluendo scḋm melius animal ex tribus.

b ❡ Preiudiciū generari. cōstitutio nāqꝫ consuetudini speciali non derogat nisi de ea fiat mentio expressa. de cōsti. c. i. li. vi.

c ❡ Consuetudo ecclesiastica. siue sit vniuersalis siue particularis ꝓ qua materia latius videre poteris ex. e. ti. super rubri. per Jo. in no. et per Chy. C. q̄ sit long. consuetu. l. consuetudinis. et per Barth. in repetitione eiusdem legis.

d ❡ Ad solutionem. tertia pars.

e ❡ Ordinarios. eos vicꝫ qui presunt iurisditioni ordinarie et possunt vti censura ecclesiastica. pro quo vide. s. glo. ꝓxima.

f ❡ Censura ecclesiastica. i. per suspensionem/ excōicationem/ et interdictū. ex. de vbo. sig. c. querenti. Et nota q̄ censura ecclesiastica ⁊ aiaduersio ecclesiastica differunt. Est enī censura circa penam spūalem. aiaduersio circa penā tēporalem: vt no. Archi. de homici. c. i. §. aimaduersionis. li. vi. ⁊ de exceptionibus. c. fi. in fi. per eūdem. Hāc aūt censurā fulminare possunt ecclesiarū prelati quibus ab hoīe/ lege/ vel canone/ aut consuetudine tribuitur iurisditio ordinaria. de offi. ordi. c. cū ab ecclesiarū. ⁊. c. quāto. per Inno. Hosti. et Jo. an. in no. et de offi. archi. c. cū satis. vbi de hoc per Hosti. Et sic archi. potest hanc censurā fulminare vt patꝫ in locis predi. et no. xxiiii. q. iii. tam sacerdotes. per Archi. Simplices tn̄ curati hoc nō possunt hodie qꝛ prescriptū est cōtra eos vt no. docl. in. d. c. cū ab ecclesiarū. Et pōt hoc verū intelligi q̄ non excōicant personā certā sed generaliter sic. de offi. ordi. c. ii. et ꝓ hac materia vide no. per Hosti. in sūma. de sent. excōi. §. qs pōt excōicare. §. nedū autem ius. vsqꝫ in fi. An autē cōsuetudo possit hanc potestatem dare priuate persone. vide no. per docl. de fo. cōpe. c. cum contingat.

Cēsura e clesiastic et aiadue sio differ

a Nullus rector. sup. vel vicarius vbi est ꝑpetuus ⁊ de ordinatōe vicarie sue hꝫ ꝑcipere decimas de quib⁹ hic loq̄tur pro quo et quid importet hec dictio rector vide. i. §. rectorū. ⁊ etiā nota ea que scripsi. s. c. pxi. §. rectores ecclesiarum.

b ❡ Decimas. de quibus siue loquamur de predialibus/ siue ꝑsonalibus/ siue mixtis in casu huius constitutionis recurrendū est ad consuetudinem vt. i. patebit. §. consuetudine.

c ❡ Ecclesie sue. supple pertinentes.

d ❡ Non diu perceptas. de pceptis satis liceret sibi disponere vt sibi et suis de eis fidelem ⁊ debitā faciat dispensationē. xxxi. di. omnino. ⁊. l. di. c. studeat. Est nāqꝫ taliū fructuū perceptorū dn̄s et eorū habet ꝓprietatem q̄tum ad dispensationē predic. vt no. Archi. de rescrip. c. statutū. §. sue ꝓprio. versus finē glose. li. vi. et videtur esse textus in. c. cōsuetudinē. de cleri. nō resi. e. li. pro quo vide quod. i. dicam super. §. legata.

Dictio re rie sumi tur.

e ❡ Vendere presumat. potes intelligere incommutabiliter vt vicꝫ per illā venditiōem nō transferat ius decimarū per viā alienationis ꝑpetue. sed hoc nō fuit de mente condentis hanc cōstitutionem qꝛ nō liceret de iure cōi vt legit̄ et no. de re. permuta. c. vlti. sed intellige vendere. i. cōmutabiliter: vt vicꝫ ante annūciationem beate marie virginis nõ vendat ꝑceptionem fructuũ nondũ perceptorũ qꝺ tñ alẜ potuisset ad modicũ tẽpus ad instar vsufructuarij.ff.de vsufruc.l.arboribus.§.vsufructuarius.⁊ de loca.et ↄduc.c.vestra.⁊ ne ꝑlati vices suas.c.querelã.ꝑceptio nãq; fructuũ futurorũ recte emitur.ff.de cõtrahen.emp.l.nec emptio.

uestio

ceptas vendere presumat

¶ Sȝ qd si de facto vẽdat an teneat venditio facta ante istud tẽpus hic limitatũ. Videt ꝙ nõ.qꝛ ista vẽditio facta est cõtra ꝓhibitionẽ huius cõstitutionis.ꝗ nõ tenet ar.l.nõ dubiũ.C.de legibus.ꝑsertim in cõtractibus: vt ibi solet nõri.et facit ad idẽ regula iuris que cõcoꝛ.li.vj.cũ ibi ad hãc partem alleg.ꝑ Jo.an.⁊ Dy.in quib⁹ etiã locis videre poteris multa argumẽta in ↄtrariũ ad que sufficiat remittere. et vertũtur argumenta ꝑdicta pro ⁊ cõtra. sup hoc ꝙ id qꝺ contra leges factũ est haberi dȝ pro infecto.ad cuius cõtrariũ faciũt oĩa illa iura ꝗ dicũt ꝙ licȝ aliquid fieri non debeat factũ tñ tenet.ſm que videt ꝙ licet hic ꝓhibeatur venditio:facta tñ tenet. Sed puto contrariũ esse verius vicȝ ꝙ in hoc casu nõ teneat venditio facta cõtra ꝓhibitionem hanc. Pro cuius materie declaratiõe ⁊ pro cõcordantia opinionũ siue distinctionũ sup hoc positarũ dic aut lex siue cõstitutio aliqͩ fieri ꝓhibens hȝ causam ꝓhibitionis rationabilem annexã aut nõ. Si hȝ causam rõnabilem annexam/ aut illa cã est ꝑpetua aut tꝑalis. Si ꝑpetua.tunc nõ tenet factũ contra ꝓhibitionem legis.⁊ sic stant nõta ꝑ Ber.et Host.in.c.tua.de spon.duo.⁊.c.di.video.vbi de hoc ꝑ Jo.et Archi.⁊ ꝑ Accurs.dicta.l.nõ dubiũ. Vbi vero causa ꝓhibitionis est tꝑalis.tũc aut illi ꝓhibitioni apponitur decretũ ne quid fiat in cõtrariũ:et tũc factũ cõtra ꝓhibitionem nõ tenet.ad qꝺ optime facit qꝺ notaẜ in cle.prima de iure patrona.ꝟ.inhibentes.ꝑ Jo.et.e.c.ꝟ.districtius.per Paulũ. Si vero nõ sit decretũ appositũ tũc bene tenȝ factũ in ↄtrariũ vt ibi no.

In facta ʒ
ꝓhibitióez
leg teneāt

¶ Si vero legi seu cõstitutioni aliqͩ fieri ꝓhibẽti nõ sit cã annexa:tũc subdistingue.aut lex/ vel cõstitutio ipa stat in nudis finib⁹ ꝓhibitiõis vt hic.aut ꝓcedit vltra. Prio casu ʒ factũ nõ tenet.qꝛ sufficit ꝙ lex hoc ꝓhibeat:vt in.l.nõ dubiũ prealle.et sic intelligi põt opinio quã recitat Jo.an.dicta regula iuris.que cõtra.ꝑ pe.si.et opinio quã ponit Dy.in eadẽ regula.versus fi.li.vj.qꝺ verũ intelligo nisi alia lege caueaẜ ꝙ teneat.⁊ sic stat dictũ Archi.de rescrip.c.si eo tpe.ꝟ.ꝓuideri.li.vj.et Jo.an.de regularibus.ad apticam.ꝟ.obtinet. ¶ Scdo casu qñ lex ꝓhibitoria ꝓcedit vltra:tunc scdm modũ ad quem vltra ꝓcedit tenet aut non tenet vt no.docto.ꝑdic.in locis ꝓxi.alleg.⁊ cõcoꝛ.Cardi.de religi.do.ca.vnico.ꝟ.ꝓhibitiõem.li.vj.⁊ notaẜ per Chy.dicta.l.nõ dubiũ.ꝟ.vij.opponitur. Predicta intelligo vera in cõtractib⁹ ⁊ in his ꝗ si nõ obstaret ꝓhibitio essent licita Si aũt delictũ cõtineant et alias essent illicita: tũc ↄtra factũ vno respectu tenet/et alio respectu nõ tenet.tenet eñi in cõtra facientis incõmodũ vt ex illo facto siue delicto puniatur: sed nõ tenet ad eius cõmodũ vt ex eo aliqͩ cõmodius sequatur.⁊ sic stat dictũ Chy.dicta.l.non dubiũ.ꝟ.iiij.opponiẜ.cui etiã dicto cõcoꝛ.Jo.an.et Dy.in regula iuris predic.que cõtra.li.vj.

¶ Ante annũciationeȝ.i.diem quo celebratur festũ annũciationis beate marie virginis/et supple diem finitũ.ar.l.qui ante halendas.ff.de verb.ob.quã legem sic intelligit ibi Barth. Nam vt dicit idem doctoꝛ.l.i.ij.ff.si cer.peta.§.creditũ.ꝟ.aduerte.ꝓ hui⁹ declaratione:qñq; hec dictio ante/respicit terminũ instantaneũ id est qui finitur in instanti. vt si dicat ante mortem: qꝛ mors in vno instanti est:tunc nãq; ante significat tẽpus qꝺ ꝑcedit. Qñq; hec dictio respicit terminũ qui hȝ tractũ ⁊ durationem aliquam vsq; ad ꝑfectionẽ eiusdẽ vt in hoc exemplo.ante kal. ꝗ incipiũt de mane ⁊ terminanẜ in sero.⁊ in casu nostro ante annũciatiõeȝ id est annũciationis diem qꝺ(quo ad ipsius festi celebrationẽ) scdm cõsuetudinem regionis prius incipit ⁊ tardius terminatur vt in.c.qñ.extra de ferijs.vnde in talibus tũc dictiões ante kalendas/ante annũciationem et hmõi debent intelligi ante kalẽdas finitas/vel ante festũ siue diem finitã.alẜ.ad hoc.l.stipulationes diuidũtur.§.penul.ff.de verb.oblig.vbi de hoc in textu ⁊ in glosa.⁊.l.qui ante kal.preall.et.l.cũ qui ita.§.qui ita.e.ti. ⁊ sic stat decretũ.lxxvj.di.§.non aũt.ibi.nõ ante diẽ penthecostes ⁊c̃. Et pro hoc facit optime autẽ.hic finitur lex.ꝟ.si vassallus.ibi añ kal.martij et post kal.⁊c̃.

Dictio ãte
arie sumi
tur.

¶ Qñq; ista dictio adijcitur termio ꝗ habet tractũ ⁊ durationem post suã ꝑfectionẽ:vt si dicatur ante nuptias.nã postqͣ sunt nuptie ꝑfecte nuptie durant donec alter moriatur vel diuertat:⁊ tunc intelligitur ante nuptias.s.contractas.vt.l.sancimus.C.de nuptijs.vñ scdm ꝑdicta videtur ꝙ añ festũ annũciatõnis finitũ nõ possit fieri ista venditio de qua hic loquitur.

ante annũciationeȝ beate

¶ Sed ↄtra hoc opponitur.nã vbi tẽpus siue dies apponitur fauoꝛe alicuius dȝ intelligi eo modo quo possit magis tendere ad fauoꝛeȝ eius cui⁹ cã apponitur:vt.l.si ita fuerit libertas.ff.de manu.testa.⁊.l.cum qui kal.in fi.et.l.qui rome.ff.de verb.oblig. Sed hic vt videtur tempus istud apponitur fauoꝛe rectoris qui alẜ nõ possȝ disponere de hmõi fructibus cũ ante eorũ perceptioneȝ a parte iuris cõis nõ sint sui ad instar vsufructuarij sicut ptȝ Institu.de re.diui.§.si vero.ergo licet ante diem nõ possit eos vẽdere ipso tamen die hoc poterit.nã ⁊ debitoꝛ qui certo die ꝓmisit soluere licet ante finem diei nõ possit debitũ ab eo exigi cũ in eius fauoꝛem dies appositus sit:põt tñ illud añ soluere si velit:qꝛ totus dies est in ptãte ꝓmittentis.vt.d.l.cũ qui kal.in fi.et Insti.de verb.obli.§.in diem.vñ pari rõne videtur ꝙ in casu nr̃o totus dies cedit ad cõmodũ ⁊ dispositiõem rectoris in cuius fauoꝛem (vt videtur) appositus est.pro quo etiã bene facit.l.ꝙ quis.ff.de acti.et obli.⁊ de solutio. qꝺ in diẽ.solet nãq; dici ꝙ in fauoꝛabilibus sufficit initiũ tꝑis venisse vt no.per Accurẜ.in.l.iij.§.minoꝛem.ff.de mino.et.c.cũ in cunctis.eẜ de elec.ꝟ.exegerit.per Ber. Et pro hac parte optime facit.l.anniculus.l.j.ff.de verb.sig.vbi videtur casus in effectu ſm vnam lrãm. Quid dicemus?michi videtur primã partem veriorem.s.ꝙ debet intelligi illo modo ꝙ ante diem annũciationis finitũ nõ possit vendere fruct⁹ hmõi.nec obstãt alleg.in contrariũ que cõcludunt de fauore ob alicuius gratiaȝ introducto:vicȝ ꝙ ad eius maius cõmodũ facienda est interꝑtatio:qꝛ hoc fateoꝛ vbi fauoꝛ vertitur respectu vnius tñ vt patȝ in legibus ꝓ illa parte allega. Aliud tñ est vbi fauoꝛ vertitur respectu duorũ ad diuersos fines tendentiũ.verbi gratia. vbi tẽpus apponiẜ gratia stipulatoris vel gr̃a creditoris eius ve cui aliqͩ debetur tñ tũc ad eius cõmodũ dȝ inspici principiũ tꝑis:vt dcã l.si ita fuerit.ff.de ma.testa.cũ similib⁹.pro hoc facit.l.si ita.§.pegasus.ff.de leg.ij. Vbi vero tẽpus apponitur gr̃a rei vel gratia debitoris tñ:tũc debemus inspicere finem tꝑis:quia alẜ forsan esset cõtra eius cõmodũ.vt in.l.qui ante kal.cũ ad hoc superius allega. et facit bene ad hoc.l.qui hoc anno.ff.de verbo.obliga. Vbi tñ tẽpus apponitur gr̃a vtriusq; tunc dȝ expectari tẽpus finitũ vt solet notari dicta.l.qui rome.vbi de hoc.et ibi notaẜ per Barth.parũ post princi.

¶ Modo ad ꝓpositũ in casu nostro vt michi videtur/tẽpus istud annũciationis apponitur gratia duorũ vicȝ gratia rectoris incũbentis beneficio qui forsan tota hyeme deseruiuit ecclesie/et nulla vel pauca emolumenta: cũ nulla vel modica interim ꝓuenerint de ipa ecclesia ꝑceperit nec ꝑcipere potuit. Et qui nisi esset ista consuetudo alẜ ad debita sua ꝑsoluenda obstante iure cõi nõ posset disponere de fructib⁹ nõ ꝑceptis vt ꝑdixi. ¶ Itẽ apponiẜ gr̃a eius ꝗ sibi successurus est si forsan rectoꝛ ipse moriatur ante ꝑceptionem fructuũ: ⁊ ante ãnnũciationem:vt vicȝ tunc fructus reseruentur futuro successoꝛi. Unde cũ gratia vtriusq; hoc tẽpus appositũ sit: videtur ꝙ finis diei inspiciendus est:et fauoꝛ magis debebit successori pro quo facit ius cõmune ꝗ morienti qui nititur cõtra ius cõe licet ↄsuetudine iuuetur vt in.c.ꝑsenti.extra de offi.ordi.li.vj. Et ad illud facit id qꝺ sequitur in textu ibi.a quo die ⁊c̃.ac si excluderet dieȝ annũciationis et non includeret.ꝓ quo vide qꝺ dicã.i.glo.ꝓxi. Nec obstat.l.ãniculus.ff.de verbo.sig.que tñ fecit me musare:qꝛ vt apparet ibi per glo.littera in textu illius legis est diuersa ſm diuersos libros:et ideo minus credendũ est littere que dicit añ duodecimũ diem ⁊c̃.cũ ab illa littera plures libri discoꝛdẽt ⁊ dicant ante decimũ diem.⁊ vbi vna littera hȝ vtroq;:alia littera hȝ neutroq;.aliter dic ꝙ stante littera ante duodecimũ diem adhuc non obstat:qꝛ sic ibi cauebatur expresse vt dicit glosa dum addit inchoatũ/vel loquitur vbi tẽpus est adiectum gratia creditoris tñ vt predixi.alẜ viderentur alia iura:vicȝ.l.qui ante kal.et cõsimilia superi⁹ all.esse correcta cũ tñ legũ correctio sit vitãda. C.de inof.do.l.j.⁊.c.cũ expediat.de elec.li.vj.

Legũ correctio vitãda est.

¶ Itẽ nisi intelligat de die futuro alẜ resultaret malus intellectus.s.ꝙ in tanta solẽnitate vacandũ essȝ emptioni ⁊ venditiõi ⁊ negocijs secularib⁹ ʒ illud qꝺ legiẜ in.c.j.de ferijs.maxime cũ talia vix fieri possint sine peccato.de pe.di.v.qualitas.et.c.negociũ. ¶ Sed quero qñ

Questio

Dies ſᵹdi uerſos re=ſpectus di uerſimode ſumitur.

diceremus in caſu noſtro diē annūciationis incipere: et q̄n finiri. Dic ꝙ circa hoc poſſumus habere triplicē reſpectū. vnū quo ad feſtiuitatem ſiue celebrationem diuini officij ⁊ tūc incipit in primis veſperis ⁊ finitur poſt ſecūdas. ſed vt prius vel tardius inchoetur ⁊ finiatur relinquitur conſuetudini. extra de ferijs. c. ij.

marie virginis a quo^g die fructus^h de conſuetudine^i

Aliū reſpectū h̄re poſſumus ad diem naturalē qui cōtinet .xxiiij. horas. ⁊ ſic incipit media nocte et terminatur media nocte. ff. de ferijs. l. more romano. licet ſm aliquos icipiat in ortu ſolis ⁊ finiatur in occaſu. vel ſm quoſdā incipiat in meridie ⁊ finiatur in meridie: put no. Jo. in no. l. c. cōſuluit. de offi. deleg. Tertiū reſpectū habere poſſumus ad diē artificialem qui incipit in ſolis ortu et terminat̄ in occaſu. vel incipit de mane ⁊ terminatur ante noctis tenebras. vt in dicto. c. cōſuluit. ⁊ aut. de iudicibus. §. ſedebunt. colla. vj. Et no. in. l. vrbis. §. cuiuſcūq3 diei. ff. de verb. ſig. vbi de hoc. vnde in caſu noſtro puto hūc diem incipere in media nocte ⁊ terminari in media nocte. talis nā3 dies aptus eſt cōtractibus. vt dicta. l. more romano. vbi de hoc. ⁊ dicto. c. cōſuluit. et de ferijs. c. ij. ¶. prius icipere. p Ber. ⁊ Hoſti. ⁊ ſic iuxta ſuperius dicta neceſſe eſt hunc diem pfecte et integraliter labi vt ſic fiat cōputatio ad vltimū momentū iuxta no. p Accurſ. d. l. iij. ff. de mino. §. minorem. ¶. in momentū. ⁊ per Ber. dicto. c. cū in cūctis. ¶. exegerit. pſertim cū in caſu noſtro ſit dare tam fauorem q̄3 odiū vt ibi pat3. Sed cū a parte iuris cōis ꝑlatus eccl'ie pōt ad tēpus modicū vtputa bienniū vel trienniū fructus ad eccliam ſuā ſpectantes locare ⁊ vendere ſicut legitur in. c. veſtra. de loc. ⁊ cōduc. ⁊ in. c. j. in fi. de re. eccle. nō alie. in cle. mirū eſt ꝙ hec cōſtitutio hic ꝓhibeat venditionē decimarū maxime cū locare fructus arrendare ad firmā tradere ⁊ vēdere idē ſint. vt no. in dicta cle. j. ¶. venditiones. p Will. Dic ꝙ illa duo. c. loquūtur in rectore ꝑlato alicuius monaſterij qui ſi vendiderit vel locauerit hmōi fructus ⁊ forſan interim moriatur/ nichil ex hoc acquiritur alteri q̄3 ipſi monaſterio vel alꝭs ſucceſſori ſuo ad vtilitatem monaſterij. Sed hic loquitur de rectore eccl'ie prochialis vel alterius eccleſie. talis vice3 cuius iure vendendo fructus vel locando ſi interim moreret̄ eos vel eorū preciū forſan tranſmitteret ad ſuos heredes vel executores pſertim cōſuetudinis de qua hic loquitur. Et ideo voluit auctor huius cōſtitutionis ꝙ anteq̄3 cōſuetudo ipſa poſſet habere locū nō haberet libertatē locandi vel vendendi hmōi fructus ⁊ ſic etiā obſtat. c. querelā. extra ne ꝑlati vi. ſuas. vbi loquitur de rectore eccleſie prochialis q̄ dimiſit fructus eccleſie ſue ad firmā pro tpe ſeptēnij qui niſi effectus locationis illius tenderet in vtilitatem eccleſie nō obligaret ſucceſſorem vt ibi pat3 in gloſa. ⁊ ſic vtilitas que poterit accreſcere ſuis executoribus ibi non ponderatur: ſecus tn̄ in caſu noſtro.

A aliqn̄ excludit ⁊ aliqn̄ icludit.

g ¶ A quo die. ſ. annūciationis nō incluſo vt pt3 ex pdictis et ſic hec monoſyllaba a in hoc caſu ſtat excluſiue: put alꝭs ſtat excluſiue in multis alijs locis et nichilominus q̄nq3 incluſiue ſuper quo doct. ſunt varij in ſuis opinionibus. de hac materia tractat Archi. xxxj. di. aliter. ¶. a ſubdiacono. de preb. c. ſtatutū. ¶. a die. li. vj. et ibi per Jo. an. ⁊ notabiliter tangit etiā Archi. de elec. c. j. ¶. a die. e. li. ⁊ ibi etiā per Jo. an. per ſpecu. ti. de citatōe. §. viſo. in fi. no. etiā de appel. ca. ſicut. in cle. ¶. a die. per geſſ. et pan. et per Jo. in collec. de appel. c. ſup eo. ij. ſuper hoc nō inueni doctrinā claram ſed tn̄ tibi trado talem qualem. Dic igitur ꝙ hec monoſyllaba A ꝓfertur a iure vel ab hoīe. ſi a iure: aut in ipſo iure cautum eſt expreſſe ꝙ includat vel alias ꝙ excludat ⁊ tunc illud ſeruari d3 qd̄ iure circa hoc cautū eſt vt pt3 in. c. pia. de excep. li. vj. ⁊ de reſti. ſpol. c. frequens. e. li. cū ſimilibus. aut de hoc nichil cauetur expreſſe: ⁊ tunc vbi hec monoſyllaba A ꝓponitur in iure et excluſiue ſumpta repugnaret alteri iuri vel legi tūc ꝓpter cōtrarietatem vitandā ſtat incluſiue. Et idem erit ſi incluſio foret alteri iuri cōtraria. q2 tunc excluſiue intelligitur. Quādo vero proponitur ab homine: tunc ſi certū ſit ſiue expreſſe ſiue p coniecturas de volūtate hominis illa ſeruari d3. ſi dubiū ſit: tunc ſi excluſio cōtineat odiū et incluſio fauorem vel ecōtra ſemper cōſiderato fauore includit vel excludit. et ſic ſentit Cyn. C. de nup. l. a caligato. et geſſ. in cle. ſicut preal. Si aūt materia in qua ꝓfertur ſit indifferens q2 non h3 plus odij q̄3 fauoris nec pōt cōſtare de intētiōe ꝓferentis: tunc ſi referatur ad ipm ꝓferentem aſſumi debet intellectus qui facit cōtra illū vt in regula iuris preal. cōtra eu3 ⁊ huic diſtinctioni cōcordant nōta per dominicū de ſancto geminiano. d. c. ſtatutū. de preb. li. vj. ¶. nota gloſam. qui tn̄ magis late tangit hanc materiam.

Que ve unt app lationē ctus.

h ¶ Fructus. ſup. ītnō percepti vt. j. pat3. ⁊ pōt intelligi fructus dupli'r. vno mō vt appellatiōe fruct⁹ ꝯphendant̄ oīa illa q̄ cōcernūt decimas: q̄ q̄dē decime ꝯſiſtūt in ꝑceptiōe fructuū. Alio mō vt appellatōe fructuū cōphēdant̄ etiā illa q̄ ꝯcernūt glebam eccleſie. Et hoc ſiue fruct⁹ hmōi ſint induſtriales ſiue naturales. de quibus plene tractatur in. l. certū C. de rei vendi. per Cyn. pōt nāq3 cōſuetudo de qua hic loquitur habere locū tam de fructibus ſiue decimis maioribus q̄3 etiam minoribus: qd̄ dic vt. j. glo. pxi. Et nota ꝙ fructus noīe ꝯtinent̄ vindemie/ meſſes/ fenū/ herba/ ⁊ hmōi que de fundo ꝓueniunt. Item lana ouiū ⁊ fetus pecoꝝ: opere ſeruoꝝ et aīaliū. pēſiones ediū ⁊ prediorū. arbores cedue et germinales. lapidicina renaſcens. ſimiliter terre cretifodine/ argentifodine/ et aurifodine vl' cuiuſcūq3 alterius materie fuerint vel arene: put iſta legūtur in l. diuortio. ff. ſo. ma. aucupiorū quoq3 ⁊ venationū ac piſcationū redditus in fructu ſunt. ff. de vſufruc. l. item ſi fundi. §. aucupioꝝ.

Nota.

Queſtio

¶ Sed quero nūquid appellatione fructuū veniunt decime ꝑſonales q̄ prouenīūt de negociatiōe militia ⁊ hmōi. Videtur ꝙ non. q2 in negociatione nullus eſt fructus vt no. Hoſti. poſt Inno. in. c. paſtoralis. glo. j. ¶. ſ3 q̄d mouit. extra de decimis. vbi facit differentiā inter fructus ⁊ lucrū dicens ꝙ de fructibus ſoluūtur decime non deductis expenſis: ſecus tn̄ ſit de lucro ſup quo loco Jo. an. in no. ſed in addi. clarius dicit ꝙ lucrū eſt id qd̄ venit ex induſtria et labore hoīs abſq3 virtute generatiua vel germinatiua. ⁊ hoc lucrū ꝓuenit q̄nq3 ex negociatiōe vt ſi emo rem pro. x. et vendo pro. xv. Interdū ex quaſi negociatiōe puta id qd̄ datur doctori ꝓ doctrina vel aduocato pro aduocatione. Interdū fit extra omnem negociationē vt in eo qd̄ alicui donatur vel ad eū venit vſu gratuito vt inueniendo theſaurū abſconditū de quo habetur Inſti. de re. di. §. theſauros. nā theſaurus in lucro cōputat̄ ſ3 nō in fructu. ff. ſo. ma. l. diuortio. §. ſ3 ⁊ ſi vi. Fruct⁹ vero vt ait doctor predictus cōſideratur varijs modis. vno modo put loquitur. c. grauis. de reſti. ſpol. cū ſuis concor. Alio modo vt in ꝑceptione decimarū vel iuriū eccleſie ſaltē ad finem: vt aſi oīa deducitur expenſe vbi diſtinguit iter fructus ⁊ redditus. nā fructus ꝓprie dicitur qui principaliter ꝓueniūt de manu dei l3 ſecūdario ꝓueniant interueniente opa hoīs ſicut pt3 in his que obueniūt ex virtute generatiua vt in fetu aīaliū piſcib⁹ ⁊ hmōi. Item germinatiua vt ſunt frumentū/ ordeū/ auene/ faba/ piſa/ et hmōi. licet in his operetur manus hoīs: tn̄ non pōt homo talia producere ſine virtute dei operāte ad generationē vel germinationem. Redditus aūt dr̄ qui principaliter ꝓuenit ex induſtria hoīm licet in eo operetur ēt manus dei puta ex molendino penſione domus ⁊ ſimilibus. hec tn̄ que ipſe cōphendit ſub appellatione redditus large dicūtur etiā fructus vt. ſ. dixi. Ois nāq3 fructus eſt redditus ſed nō ecōtra vt no. Jo. an. in. c. generali. ¶. fructus. de elec. li. vj. et. e. c. ¶. redditus. per Archi. apparet itaq3 ex predictis ꝙ id qd̄ prouenit ex negociatione ⁊ alijs hmōi non debet dici fructus ſed lucrū. ⁊ hoc puto verū reſpectu rei de qua procedit: ſecus tn̄ dicerem reſpectu eccleſie cui debetur. Nā decima illius lucri bene pōt dici fructus reſpectu eccleſie. ⁊ idem dico in oblatiōibus. ꝓ quo aperte facit littera in extrauagāte Johānis ſuſcepti regiminis vbi appellatione fructus ꝯtinetur oīs vtilitas ad eccleſiā pertinens ⁊ hoc pt3 ibi ex littera in totū ⁊ ex littera nichil inde ꝑcipiunt ⁊c̄. ⁊ huic ſententie ꝯcor. qd̄ no. Inno. de verb. ſig. c. cū inter. ¶. nūcio. maxime ſi fiat ꝯtemplatione eccl'ie vt ibi dicit̄. pro quo etiā facit textus in. c. cauſa. e. ti. et ſic ſentire videtur Wil. in gloſa dicte extrauag. ſuſcepti regiminis. ¶. ꝯſueuit. vbi iter fructus nō decimales nūerat oblationes etiā quotidianas diſtributiōes. Et facit ad h̄ ꝙ decime ⁊ oblatiōes ad paria reputant̄. de deci. c. q̄uis. ⁊ i pleriſq3 locis oīs vtilitas ⁊ ꝓuent⁹ eccl'ie ſtat in decimis ꝑſonalib⁹ ⁊ oblatiōib⁹. ⁊ ad ꝓmiſſa facit. c. ſtatutū. de electi. in cle. ibi vndecūq3 ⁊c̄. Fateor tn̄ ꝙ vbi fructus hmōi ⁊ gn̄al'r oēs obuentiōes eccl'ie ptinēt ad defunctū tūc ꝓuidebit̄ ſucceſſori de tali portiōe vn̄ poterit honeſte ſuſtinere ſeipſ3 ⁊ onera eccl'ie vſq3 ad receptiōes nouoꝝ fructuū ſupportare ſicut legit̄ et nota. de offic. ordi. c. preſenti. §. porro. li. vj. de reſcrip. c. ſi ꝓpter. per Jo. an. et Archi. e. li. vbi de hoc.

Fructus lucrū di

Fruct⁹ tis mod capitur.

Fructus reddit⁹ ferunt.

i ¶ De cōſuetudine. ſecus tn̄ eſſet de iure cōi ſm ꝙ fructus nōdū cedere[h] debent ad ipsoꝝ[l] rectoꝝ si añ[m] fructuũ hmõi

percepti per defunctum pertinent ad successorem vel alias expendi debent in vtilitatem ecclesie. de offi. ordi. c. cum vos. ⁊ eo. ti. c. presenti. li. vj. ⁊ de elec. c. quia sepe. eo. li. ⁊ quod hic dicit de consuetudine intellige de prescripta vt. c. iij. de consue. li. vj. de offi. ordi. c. presenti. eo. li. nam verbum consuetudinis simpliciter prolatum intelligitur de prescripta vt probat de elec. c. cumana. maxime cum sit contra ius commune vt sit in casu nostro. cui concor. notata ꝑ archid. de consuetudine. c. si. §. cõsuetudine. li. vj. que nichilominus multo fortior esset si tanto tempore seruaretur ꝙ ipsius contrarij non esset memoria. de verbo. significa. super quibusdam. et de prescriptio. c. j. li. vj. Et nota ꝙ ista cõsuetudo fortificari potest ex hoc ꝙ alias legitur in simili de vasallo qui si moriatur ante kalendas martij nullo filio relicto fructus queruntur domino. si moriatur post kalendas tunc pertinebunt ad hered. vel executores vasalli. Autentica hic finit lex. §. si vasallus. col. decima. Et optime facit. c. si propter de rescrip. li. vj. vbi patet ꝙ de consuetudine fructus primi anni possunt deberi etiam singulari ꝑsone et sic mortuo vel ipsius heredi. et videtur expeditum in textu extrauagantis suscepti regiminis ꝑ ille. In hoc nãq; casu cõsuetudini stãdum est si de ipsa appareat ar. c. relatum. ij. §. licet. de testa. nec potest ista consuetudo impugnari tanq̃ ecclesie onerosa quia ꝑ eam principaliter non preiudicatur ecclesie sed successori et sibi imputet q̃ tale beneficium assumpsit. Et ꝙ ista consuetudo sit toleranda videlz ꝙ defunctus habeat dispositionẽ fructuũ etiam nondum perceptorum notauerunt Hugo et Lau. xij. q. ij. alienationes. Innocen. et Hostien. c. cum in officijs de testa. in principio magne glose. Ad quod etiã accedũt notata in. c. significatũ. de preben. §. ãniuersariũ ꝑ Johan. in no. sed melius per eundem in regula iuris. nemo potest plus. vbi recitat plura argumenta pro et contra. finaliter tamen concludit pro valore consuetudinis: ibi videas. archid. tamen vt ibi patet tenuit contrarium per magnas et fortes rationes que ibi allegantur. hanc insuper materiam videre potes per card. de rebus eccle. nõ alie. c. hoc consultissimo. §. imobili. hec materia etiã tractatur per Hostien. in. c. sane. de pecul. cleri. ⁊ per archid. xij. q. v. testamẽta. vbi recitat super hoc multas opiniones tandem distinguens inter fructus ꝑceptos et percipiendos. Sed de hoc dic vt supra et vt dicam. j. §. legata.

¶ Sed hic quero superius dixi ꝙ valet consuetudo vt fructus futuri non solum percepti sed percipiendi ꝑtineant ad dispositionem defuncti. Et ꝙ si viuat vltra festum annũciationis beate marie virginis et tunc decedat fructus ipsos transmittat ad suos executores. pono iam ꝙ sit alia etiam consuetudo vt videlicet episcopus pro tempore vacationis ecclesie percipiat integros fructus ecclesie conuersurus eos ad vtilitatem suam vel vt de eis disponat pro libito. que quidem cõsuetudo bene valet vt in dicto. c. presenti. de offi. ordi. li. vj. cũ concor. modo si mortuo rectore post annunciat. ecclesia vacauerit forsan vsq; mensem octobris ita ꝙ interim veniant fructus autũnales et fortassis tali tempore moritur ꝙ tam fructus maiores q̃ minores interim obueniunt. queritur quis iam debet preferri in habendo fructus nũquid episcopus vel executores defuncti? Omissis argumentis dico ꝙ fructus pertinebunt ad executores defuncti saltem ad tãtũ quãtum tribuit cõsuetudo. hoc ideo dico quia si consuetudo tribuat defuncto oĩa obuenientia ad ecclesiam forsan per annũ post eius mortem vel vsq; ad certum tempus tunc tempore vacatiõis epus nichil habebit de obuentionibus vsq; ad illud tempus completum. si autem cõsuetudo tribuat defuncto certos fructus forsan maiores dũtaxat tunc residuos qui nõ cadunt sub consuetudine prout contingit habebit epus tempore vacatiõis: ⁊ ꝙ executores debeant preferri ostenditur sic. Nam maioris efficacie in casu isto est cõsuetudo que vult fructus verti in cõmodum defuncti q̃ illa que vult eos verti in cõmodũ episcopi. probatur sic. ꝑ consuetudinem q̃ dat eos episcopo nichil sibi queritur nec re nec spe antequã vacet ecclesia. nec tunc potest aliquos fruct⁹ facere suos nisi postq̃ eos percipi contigerit: quia in percipiendis statim non habet ius. Sed tunc demum cũ durante vacatione collecti fuerint ad instar vsufructuarij qui tunc demum facit fructus suos cum fuerint percepti. ff. de vsufruc. l. arboribus. §. Julianus. ⁊ quib⁹ modis vsufruc. amit. l. si fructuarius. in fi. et de vsuris. l. qui sit. §. in alieno. Sed in casu huius consuetudinis sm quam hic loquimur Rector viuens post annunciatio. statim habet ius ad fructus non solum quos tunc viuens percepit sed etiam ad eos q̃ postea illo anno ⁊ si ante moriatur percipiendi sunt. q2 statim sibi debentur vt hic patet. vnde et illud ius sibi quesitũ per consuetudinem bene transmittit a tempore mortis ad executores licet rem de facto non habuerit nec sit disposita vt adhuc habeatur. Simile patet in vasallo vt supra dixi. ⁊ ad hoc bene facit. l. defuncta. ff. de vsufruc. sed meli⁹. l. post duos. C. de aduoca. diuer. iudi. sic etiã alias dominiũ rei legate licet ipsa res non apprehendatur recta via transit in legatariũ ff. de furtis. l. a ticio. Unde istud ius sibi quesitum amittere nõ debet sine facto suo vt in regula iuris. id qd nostrum. ff. e. ti. hoc autem factũ per quod amitteretur istud ius non potest eẽ mors que non potest dici esse factum suum: sed potius est factum dei. predicte etiam sententie consonare videtur glo. card. de offi. or. cap. presenti in. §. reseruari. li. vj. Sed si ipse viuus post annunci. ante perceptionẽ fructuũ renũciat beneficio vel alias facto suo interueniente vacaret tunc crederem illud ius esse extinctuz sic ꝙ fructus pertinerent ad epm si contigerit tempore vacatiõis quia ista consuetudo non preuidet sibi in casu mortis vt dicam infra §. decesserint.

Questio.

m ¶ Excōmunicationū ſententias. intellige de his q̄ recitant. ī. de ſen. excō. c. cū malū. Nā de his ſpecialiter intellexit ꝯſtituēs ſicut apparet ex integra. alii tū articuli publicādi ſunt pari rōne ne vicꝫ ꝑ ignorantiā aliquis ipſoꝝ aliquo inuoluat. ¶ Sed quero ſi articuli quibus incurrit excōicatio nō publicent an nichilominus ignorantes ligent ꝑ ꝯſtitutiones ipſas excōicationū ſententias fulminantes ac ſi ad ipſorū notitiā deuenirent. Dic a principio q̄ nō niſi ipſorū ignorātia craſſa fuit aut ſupina. de hoc habes textū de ꝯſti. c. vt aiarum. §. j. li. vi. Et eſt verū in ſtatutis inferiorū papa. Conſtitutio vero pape generalis poſt duos menſes cōputandos a tpe publicationis eiuſdē generaliter facte in ꝯſiſtorio ligat etiā ignorantes ꝓut no. Archi. lxxii. di. ꝓpoſuiſti. et Jo. an. in dar. vi. libri. qđ verū puto quo ad eos qui inter hoies cōuerſati ſunt ⁊ capaces fuerūt ad intelligendū id quod ſtatutū eſt. Secus tū dicerem ſi nō eſſent ad ſic intelligendū capaces: vt puta q: a tpe editionis ipſius ſtatuti erant cōtinua furia detenti vel mente capti vel q: talis ignorans fuerit pupillus ⁊ non doli capax. vel ſi forſan adultus eſſet per illud tū tempus fuerat i carcere clauſus vel in heremo vel in inſula inhabitabili abſqꝫ cōuerſatione hoim. talis nāqꝫ ignorantia cū ſit ꝓbabilis bene excuſat ſm Henr. qui de hoc no. eꝫ de ꝯſti. c. cognoſcentes. circa mediū. Et hic vide q̄ ſcripſi. ſ. de ꝯſti. c. vlt. §. publicā notionem. vel dic q̄ in delictis requirētibus dolū tacite vel expreſſe vt in legibus imponentibus penaꝫ perſone afflictiuā vt patꝫ in. l. in actiōibꝰ. ff. de in li. iurā. vel q: expreſſe in. l. fit mētio doli. vel q: lex loquit per vocabula de iure exigentia dolū. vt. l. j. ff. de furtis. C. de falſis. l. exemplū. vel q: lex punit factū quod pricipaliter infert perſone. vt. l. iii. ff. de iniuriis. in talibus omis ignorantia que nō hꝫ in ſe dolū verū nec latiſſimā culpam que idem eſt qđ dolus preſumptus excuſat. licet habeat in ſe latā culpam leuem vel leuiſſimā. nam in talibus culpa non equiparat dolo vt dicit glo. d. l. in actionibus. punitur tū pro modo culpe mitius q̄ ſi doloſe deliquiſſet. ff. ad. l. cor. de ſic. l. lex cornelia. ſecus tū eſſet ſi ignorātia haberet in ſe dolū verū vel preſumptū q: eſt craſſa et ſupina. eꝫ de ordi. ab epo q̄ re. epiſ. ca. j. in fi. de cle. excōi. mi. c. ad apoſtolice in delictis aūt non requirentibus dolū tacite vel expreſſe vt q̄ non faciūt mentionem doli nec lex loquit perverba q̄ de iure habent in ſe dolū vel q: punit delictū nō in perſonā ſed in rem. vel q: delictū punit pecuniariter. in omnibꝰ his ſi ignorātia habeat in ſe latiſſimā culpam vel latam culpā nō excuſat. q: lata culpa in talibus equiparatur dolo. Sed ſi ignorantia non habeat in ſe dolū neqꝫ latiſſimā culpam nec latam: ſed habeat in ſe culpā leuem vel leuiſſimā: tunc in penis ciuilibus parti applicandis punitur pro modo culpe vt. ſ. pro culpa leuiſſima leuiſſime. pro leui leuiter puniatur. ff. de re. iu. l. quod calore. cū ibi nō. Si vero pena ſit criminalis debet etiā puniri ſm qualitatem culpe. vt. l. reſpiciendū. §. deliquit. ff. de penis. ⁊ ibi textus ⁊ glo. ⁊ Barth. contra no. per Cy. in. l. ſi quis non dicaꝫ. C. de epiſ. et cle. in fi. Unde iuxꝫ premiſſa ignorātia iuris naturalis q: includit in ſe latiſſimā culpā ⁊ ſic dolū preſumptū nō excuſat. ignorantia vero iuris poſitiui et cōis limitati et certi q: de eo eſt caſus legis cū habeat in ſe latā culpā eo q̄ oēs ſcire debent leges ⁊ lata culpa eſt ignorare qđ oēs ſcire debent: vt no. Barth. in. l. q̄ ſi na. ff. depoſiti. imo ⁊ latiſſima videt vt ſentit glo. Jo. an. de ꝯſti. c. ii. li. vi. talis ignorantia nō excuſat. ⁊ hoc verū qn lex ipſa fundatur ſuper cōibus regulis. ſecus ſi eſſet lex ſingularis vel alis occulta ratiōe diſcrepans a cōmunibus regulis. q: in talibus nō eſſꝫ culpa lata talē legem ignorare. ad qđ facit. ff. de iur. et facti ignoran. l. regula. §. penul. vbi ſtultus appellatur qui ignorat iura cōmunia et certa

Lata culpa dolo cōparatur.

¶ Si aūt lex ſit dubia in ſuo intellectu vt q: habet plures intellectus/vel q: diuerſe ſunt opiniones doctorū: hanc ignorare nō eſt lata culpa. ſed an ſit leuis vel leuiſſima relinquit eſtimationi boni viri ſcꝫ iudicio. et vbi ius eſt intricatum q̄ſtionibus dubiis ita q̄ nulla ſit cōis opinio ignorantia in tali caſu eſt ſatis ꝓbabilis et magis imputat cōdenti q̄ non clare conditū ignoranti. extra de conſti. c. fi. Si vero lex dubia ſiue intricata hꝫ cōmunem opinionē vel pōt decidi ex ſimilibus. tunc ſi eſt in loco vbi eſt copia iuriſperitoꝝ talem legem ignorare eſt eſſe in lata culpa quia debuit ſcire quod potuit ab aliis ſciri. ſi nō eſt ibi copia peritorū tūc ignorantia habꝫ in ſe aliqualem culpā ſed non latā. facit ad hoc glo. Joh. i. q. iiii. §. ſed notandū. in iure vero municipali ſiue ſtatutario dic q̄ in hoibus eiuſdem municipii vel his qui longā morā ibi traxerunt ⁊ sunt eiusdē conditionis ⁊ capaces sensu ad sciendū legem talem idē est dicendū sicut in scientia ⁊ ignorātia iuris cōis. In hominibus vero alterius municipii ignorantia regularit excludit omnē culpā sicut ignorātia facti q̄ peritissimos fallit. ff. de iuris ⁊ fac. igno. l. ij. regl'r dico q̄ possent esse tales circūstantie ex quibus concluderet culpa ⁊ īputa q̄ factū est cōtra damnatū ⁊ q̄ in causa dubij nō cōsulit peritos cū possz. in talibus nāq; presumitur sciētia. Insti. vi bo. rap. §. q̄ tn̄. ⁊ licet ignorātia posset ꝓbari per iuramētū ꝓpriū de homicid. significasti. fallit tn̄ q̄n vehemens ꝓsumptio est in contrariū sm Antho. de butrio qui sic no. in c. cognoscentes. ex̄ de cōsti.

sententias statutis[n] temporibus populo minime predicasse[o] seu publicasse[p]: totiens[q] eos arguant[r] ⁊ pena[s] canonica castigando[t] supplere compellant[v] quod temere[x] omiserunt.

¶ Archidiaconus curet vt altaris ornamēta sint decētia: ⁊ ecclesiar libri idonei: ⁊ sacerdotū que vestimēta in officio honesta ⁊ saltē duplicata.

W alterus.

Sint[a] ecclesiarū rectores ⁊ infra prouinciā archidiaconi vt lintheamina[b] et alia ornamenta[c] altaris sicut[d] decet sint honesta[e] et[f] libros habeat ecclia idoneos[g] ad psallēdū[h] pariter

n ¶ Statutis tēporibus. scilicet qualibet quarta anni semel ad minus. ſ. ti. ꝑui. c. i. in prin. ⁊ hoc verū quo ad doctrinā moralem de qua ibi loquit'. sed quo ad publicationē articulorū de quibus. ſ. dictū est tēpora ad hoc statuta haben. ſ. de sen. exco. c. vlti.

o ¶ Predicasse hoc refer ad doctrinam moralem.

p ¶ Publicasse hoc refer ad excōicationis sententias.

q ¶ Totiens nam que frequenti ꝑuaricatione iterantur frequēti sententia puniri debent. ex̄ de penis. c. i. vbi de hoc.

r ¶ Arguant. i. reprehendant.

s ¶ Pena canonica. de penis quas infligit canones multe notant. ex̄ de offi. ordi. c. ad reprimendā. §. canonibus per Hosti. et alios doctores. ⁊ alie notant de penis. §. quot sunt species. per Hostien. in sum. ⁊ intellige hanc penā fore arbitrariā eo q̄ nō est expressa sicut illo in simili no. per Cardi. de sup. negli. ꝓle. c. i. §. pena. li. vj. talis nāq; pena canonica dici pōt eo q̄ per canones sit infligenda vt ibi no. vnde cū multe sint pene canonice pōt penā infligens ab earū aliqua inchoare sm qualitatem culpe sic q̄ incipiat a leuiori ipsi culpe correspondente. Et sic sm aggrauationem culpe aggrauet et pena. ar. ad hoc de offi. dele. c. quia. li. vj. ⁊ ibi no. per Archi. §. primo. ¶ Sed quero nūquid archidiaconi possunt laicos punire pena pecuniaria? videtur q̄ non. Nam hic cōceditur archidiaconis castigatio siue punitio dūtaxat per penā canonicā que dz esse spūalis vel corporalis sm exigentiā delicti sicut apparet ex locis supradictis in quibus cauetur de penis canonicis inter quas nō reperitur ordinatū de aliqua pena pecuniaria saltē ratiōe iurisditionis spūalis infligēda. ergo ⁊c. ꝓ hoc faciūt ea q̄ leguntur et no. ex̄ de penis. c. licet. vbi apparet expresse q̄ per archidia. pena pecuniaria non est imponenda cui etiam dicto cōcor. no. p Hostien. in summa de offi. ordi. §. quid ꝑtinet. §. debet etiā. in prin. vbi idem no. Hosti. non solū in archidiacono sed in quouis etiā ordinario maiori iudice. nec obstat ex̄ de rapto. c. in archiepatu. q̄ loquitur vbi iudex ecclesiasticus ꝓcedit vt delegatus iudicis tēporalis. sic etiā in c. vlti. ex̄ de maledic. loquit' de pena pecuniaria per iudicē tpalem infligenda. nec obstat. c. postulasti. ex̄ de iudi. vbi per iudicē ecclesiasticū imponit pena pecuniaria. q̄ decretalis illa loquit' de iudeo cui nō potuit imponi pena spūalis: ⁊ erat de iurisditiōe tpali ipsius epi. Sic etiā respondet ad. c. ij. de deli. puer. cū alijs similibus: vt vicz locū habeat vbi delinquentes sunt de tpali iurisditione ecclesie et q̄ archidiaconi pro delicto non possint infligere penas pecuniarias patz non solū. d. c. licet: sed etiā. xxiiij. di. c. dictū. et hoc verū sm Jo. ibi nisi hoc eis cōpetat de consuetudine ꝓscripta in quo casu vt dicit talis pena nō debet infligi pro eodem peccato nisi ter in anno. ⁊ pro hac opinione Jo. faciunt ea q̄ no. per Archi. de sen. exco. c. venerabilibus. §. pecuniar. li. vj. ¶ Circa hanc materiā solet dici q̄ vbi pena pecuniaria est in iure statuta ipsam infligere pōt is qui pōt de ipso delicto cognoscere. ff. de iudic. l. ij. §. vlti. ex̄ de rapto. c. in archiepatu. cū cōcor. alle. per Hosti. in. d. c. licet. de penis. vbi vero pena spūalis vel corporalis limitata est tunc illa mutanda nō est nisi per eū qui pōt super eo pro quo infligitur pena dispensare. Si vero nulla pena limitata est tūc ad arbitriū iudicis pōt infligi vna vel alia etiam pecuniaria. extra de offi. dele. c. de causis. dūmodo iudex talis sit qui possit in hoc dispensare. sic no. Ber. in. d. c. licet. ⁊ ipm in hoc sequūtur q̄si oēs docto. Unde sm hoc apparet q̄ archidiaconi in casu nostro nō possunt penā pecuniariā infligere q̄ nō possunt circa nō obseruantiā eorū que hic dicitur dispensare. Et hoc verū nisi eis hoc cōpetat de cōsuetudine prescripta vt. ſ. dixi. ⁊ faciūt ad hoc no. i. d. c. licet per Inno. et Jo. an. in no.

Questio

Nō de pena pecuniaria: quis pōt eā infligere.

t ¶ Castigādo. i. corrigēdo. si intelligas de leui cohertione sanus est intellectus etiā a parte iuris cōmunis vt. ſ. delinquentes cohereeant archidiaconi saltem vice epi. ex̄. c. c. ad hoc. et ibi no. p Innocen. in. §. corrigat. vt aūt noīe suo ꝓprio hoc faciāt nō possunt nisi ex ꝓuilegio vel cōsuetudie prescripta hoc habeant sm quosdā. ꝓ quibus facit extra de excē. pre. c. ad hec. cū similibus. alij tn̄ dicūt idez in hoc casu q̄d paulo dictū est vt scz in leuioribus possint corrigere etiam de iure cōi in archidiaconatu eis specialiter assignato. Sed puto primus dictū verius. nec obstāt iura allegata in cōtrariū si bene inspiciant.

v ¶ Compellant. Sed nūquid possunt per censuras ecclesiasticas compellere? dic q̄ per suspensionem ad modicū tēpus bene possunt vt nōtur per Inno. d. c. ad hec. §. corrigat. et dixi. ſ. glo. ꝓxi. excōmunicare etiam poterūt absq; solēnitate. de quo etiam fit mentio. xj. q. iij. debet. et. c. fi. Et hoc ꝓbatur extra de preb. referente. de sen. exco. venerabilibus. i. re. li. vj. Et sic stant notata per Archi. xxiiij. q. iij. tam sacerdotes. et per Innocen. ⁊ Hosti. extra. c. c. ad hec. fateor tn̄ q̄ vbi cōsuetudo est in contrariū archidiaconi non possunt excōmunicare. ⁊ sic itelligo illud de quo habetur. xvj. q. ij. visis. et. xxiiij. q. iij. corripiātur. et idem quod dixi in excōmunicatione intelligo etiam in sentētia interdicti. ar. eorum que legūtur in. c. romana. in prin. de sen. exco. li. vj.

Questi

x ¶ Temere. ex hoc q̄ iuri resistit. extra de sent. exco. c. dilecto. et no. e. ti. c. cū medicinalis. §. temerarius. per Archi. li. vj. Et dicit temere fieri. i. ꝓsumptuose/ fatue/ stulte/ sine causa/ vel sine cōsilio sm Januen. vel temere dicit'. i. pertinaciter vel proterue sm wil. in cle. fidei. §. temere. de sum. tri. et fi. ca. Et de hoc etiam no. per Cardi. d. c. cū medicinalis. §. temerarius. li. vj.

a ¶ Sint ecclesiarū. In hoc capitulo quatuor tangūtur q̄ spectant ad prouidentiā archidiaconi. Primū est circa pallas et ornamenta altaris vt sint honesta. Secundū vt libri tam ad psallendū q̄ ad legendū sint cōpetentes. Tertiū vt vestimenta sacerdotalia ad minus duplicentur. Quartū vt deseruientes altari superlicijs induantur

b ¶ Lintheamina. cōsimile habes. ſ. de cele. mis. c. lintheamina. de cōse. di. ij. c. si quis per negligentiā. ¶ Et hic aduerte q̄ lintheamen ꝓprie sumptū vel iuxta cōmunem vsum loquendi ponitur ꝓ lintheo lecti siue preparato ad lectū. ea vero que preparantur ad altaria dicūtur nunc palle/ nunc velamina. de cō. di. i. c. altaris. et in. c. sequente.

Nō de
cētia
mētou

c ¶ Ornamenta altaris. qualia sunt frontalia/ cortine/ et cetera huiusmodi.

d ¶ Sicut decet. hec decentia respici debet sm qualitatem ecclesie et ipsius facultates vt scz sm q̄ ecclesia magis abūdat in facultatibus sic meliora et preciosiora habeat ornamenta.

e ¶ Honesta. i. mūda non rupta non conscissa. ſ. de cele. miss. c. lintheamina. in prin. de conse. di. i. c. vestimenta.

f ¶ Et q̄ libros. secunda pars.

g ¶ Idoneos. i. aptos siue cōuenientes.

h ¶ Psallendū. i. cantandū vicz in matutinis/ missa/ vesperis/ et alijs horis canonicis. talis enī cantus inuentus est vt ad cōpunctionem ꝓuocet animas audientiū. xxi. di. cleros. vltra mediū. multi tn̄ sunt qui dū miserabiliter psallunt audientes magis ad lamentationem q̄ ad cōpunctionem impellunt vt ibi dicitur: sz et bene psallenti cauendū est ne magis fauorem populi querat dū psallit q̄ laudem dei. q̄ dū in cantando ad fauorem populi blanda vox queritur congrua vita deseritur. xcij. di. cātantes. sed

Ds

meliꝰ facit.c.d.c.in ſancta.

g ¶ Et legendũ. de iſtis libris quorũ ſumptibus prouideri ⁊ quales eſſe debent legitur ĩ. de eccle.edi.c.vt parrochiani.

h ¶ Et ad minus. tertia pars.

l ¶ Duplicia.ſ.vnũ pro dñicis.aliud pro ferialibus diebus.

m ¶ Sacerdotalia.loquitur ĩ pauperibꝰ eccleſijs vbi forſan nõ eſt niſi vnꝰ ſacerdos celebrans diuina.⁊ vix his diebus reperiunt qui velint in certis eccleſijs curã exercere ꝓpter earũ exilitatem ſic ꝙ in eis nõ oportet ꝓuidere de veſtibus diaconalibus nec ſubdiaconalibꝰ cũ non ſit in eis ad hoc dare miniſtros.alias videtur ꝯtra.d.c.vt parrochiani. ibi veſtimentũ pꝛincipale cũ caſula ⁊c.

n ¶ Et vt honor. quarta pars.

et[g] legendum: ⁊[h] ad minus duplicia[l] ſacerdotalia[m] veſtimenta: et[n] vt honor debitus diuinis[o] officiis in omnibus impendatur. precipimus etiã vt qui altari[p] miniſtrat ſuppellicio induatur.

Item

¶ Eccleſiarũ reparationi debite archidiaconus inuigilet.

o ¶ Diuinis officijs.que cõſiſtunt in ſeptem horis canonicis videlz matutinis/prima/tertia/ſexta/nona/veſperis/⁊ cõpletorio. de quibus partim legit.xcj.di.c.pſbiter.ſed plenius ibidem.c.ſequẽti.in hoc tñ loco puto ꝙ principaliter intelligatur de officio miſſe.qđ apparet ex eo qđ ſequit qui altari ⁊c.qđ etiam officiũ in ſeruitio diuino peroptimũ eſt.vij.q.j.illud.et.c.ſequenti.

p ¶ Altari miniſtrat.videlicet pbro celebranti aſſiſtens.⁊ idez in miſſe tpe miniſtrans.vel pōt intelligi de ſacerdote quouis tpe accedente ad altare vt aliquid faciat vel diſponat circa corpus xpi vt vicz illo tpe ſit indutus ſuppellicio. ⁊ iuxta cõem intellectũ dic ſuppellicio.i.veſte linea ad talem vſum ꝑparata. de qua tñ veſte non memini me legiſſe in toto corpore iuris canonici vel ciuilis nec etiam in ſacra ſcriptura:fit tñ de eo mentio.ĩ.de eccl. edi.c.vt parrochiani.⁊ pōt ſignificari ꝑ tunicã lineã qua induebãtur filij aaron in veteri lege.de qua legitur Exod.xxviij.ad fi. Sed eſtimo ꝙ ꝓprie ſuppelliciũ eſt indumentũ de pellibus confectũ:ſed in noſtro cõmuni vſu intelligitur vt prius dixi.

a ¶ Archidiaconi.Hec cõſtitutio habet duas partes. Jn pꝛima hortatur vt per archidiaconos vel eorũ officiales fiat diligentia circa reparationẽ nauis eccleſie et cancelli. Jn ſecũda ibi Per ſe/hortatur vt fiat diligentia circa exceſſus quos archidiaconi in ſuis viſitationibus repperierint corrigendos.

b ¶ Officialibus.de his habes extra de noui ope. nũcia.c. penl. vbi legitur de offi.archi.

c ¶ Viſitationibus eccleſiarũ.hic videtur innui ꝙ offic. archid. poſſit viſitare qđ tñ non eſt verũ ſaltem iure ꝓprio.pōt tñ hoc facere iure archidiaconi vbi ipſe archidiaconꝰ eſt ĩpeditus. quod dic vt dixi.ſ.e.c.j.ꝟ.videas.

d ¶ Fabricam eccleſie.i.ſtructuram ſiue cõſtructionem que cõſiſtit in parietibus/feneſtris/⁊ tecto.Et ex hoc ꝙ dicit eccleſie cõprehendit eccleſiam integrã vicz nauem cũ cancello:circa cuiꝰ reparationem in ſua viſitatiõe debet inuigilare epus.x.q.j.decreuimus.et duobus capitulis ſequentibꝰ.Unde ⁊ archidiaconus q̃ vicarius epi eſt.ex.e.c.j.⁊.c.ad hec.idem facere debet.

e ¶ Maxime. hic vt videtur hec dictio maxime abũdat cũ appellatione eccleſie cõtineatur ⁊ cancellus vt dixi in gloſa precedenti.ſic al's abũdat.ff.ſi quis omiſſa cã teſt.l.iiij.circa mediũ.⁊ l.licet.in fi. Quãq ponitur ꝯparatiue vt no.ex de ſponſ.c.ſpõſam per Ber.Et ſolet dici ꝙ vbicũq ſenſus implicitus per hanc dictionẽ reſultat iuri cõtrarius tunc abũdat.C.de ma.teſt.l.viij.ꝟ. ſin autez.⁊ no.C.de reſcin.ven.l.ſi pater.ꝟ.ſcđo opponit.⁊ de anna.excep.l.ſi ex multis.ꝟ.ſcđo queritur.per Chy. ſuper hoc vide no.per Henr.de fi.pſbro.c.ad abolendã.⁊ de ſen.excõ.c. vniuerſitatis.diſt.j.et per dei gratiã cũ deliberatione alibi dicam.

f ¶ Cancelli.cancellus eſt interſticiũ inter ꝓpugnacula murorũ quale eſt qđ claudit chorũ a naui eccleſie. Papias vero dicit cãcellus eſt cantorũ excellens locus.⁊ cõſimile verbũ habes in cõſtitutione octoboni ĩprobaui.ꝟ.cancello.

g ¶ Reparatione.hec reparatio de iure cõmuni pertinet ad eum qui recipit quartã illam que ab ãtiquo aſſignata ẽ fabrice eccl'ie xij.q.ij.quattuor.⁊ ſic de iure cõmuni ptinet ad rectorem qui habet ipſam quartã non aũt ad parrochianos.x.q.iij.c.vnio.vbi de hoc.et no.de pe.et re.c.j.in prin.ꝟ.fabrice.per Arch.li.vj.Cõſuetudo tñ transfert onus reparatiõis ſaltem nauis eccleſie in parrochianos ⁊ ſilr cãcelli quãq ſicut ſatis cõſtat in ciuitate Londoñ. in multis eccleſijs.⁊ hãc ꝯſuetudinem ſeruare debent ꝯpelli parrochiani vbi talis eſt cõſuetudo.⁊ ſic no.extra de eccl.edifi.c.j.per Joh.an. in no. et hanc materiã latius ꝓſequere ſi vis ꝑut no. Jo. de atho.in.d.cõſtitutiõe improbaui.ꝟ.tenent.vbi primo cõcludit ꝙ licz cõſuetudo excuſet rectorez a ſolutione ſumptuũ:nõ tñ liberat eũ a ſollicitudine ⁊ cura circa ipſaz reparationem ipendendis ⁊ quin teneat audire cõpotũ expenſarũ et ꝓuentuũ fabrice relictorũ. Secũdo cõcludit ꝙ in caſu dicte cõſuetudinis parrochiani debent cõtribuere ad fabricã ſm portionẽ terre quã poſſident ⁊ numerũ animaliũ q̃ tenent ⁊ nutriunt infra pꝛochiam. Jn eadem etiã gloſa idem Jo. plura ponit ad que te remitto.⁊ q̃ potius cõcernũt materiã.c.vt parrochiani.ĩ.de ec.edi. ꝟ.fi.vbi hec materia cõuenientius tractabitur.ideo hic pertranſeo. Videas tñ circa hoc ſi placet no.per Henr. extra de ec.edifi. c.j.

Qui teneñt ad eccl'ias repandas.

Archidiaconi[a] ⁊ ĩfra Iniũgimꝰ archidiaconis et eorũ officialibus[b] vt in viſitationibus[c] eccleſiarum faciendis diligentem adhibeant conſideratioñ ad fabricam[d] eccleſie ⁊ maxime[e] cancelli[f] ſi forte indigeãt reparatiõe[g]: ⁊ ſi quos inuenerint defectus hmõi certũ[h] ſub[i] pena prefigant terminũ infra quem emen

Certum

h ¶ Certũ.ſume qđ eſt infra terminũ.Et nota ꝙ certũ dicit illud qđ apparet ex ſe quid quale quantũve ſit adiecto ꝓprio nomine vel alia demonſtratione.ff.ſi certũ pe.l.certũ.Certũ etiam dicit id quod per ipſius oſtenſionez pōt reddi certũ licet ab initio fuerit incertũ.patet exemplũ ſi ꝓmitto vinũ exiſtens in certa domo cuius certitudo pōt haberi ex oſtenſione ipſius vini.ff. de vbo. obli.l.vbi autez.ꝟ.ſed qui vinũ.Et no.de verb.ſig.c. ꝯſtitutionẽ. ꝟ.feciſſet.per Cardi.li.vj.Et ſic certũ dicit illud quod per aſpectũ vel alias de facili pōt fieri certũ.ar.ff.de dam.infec.l.damni. ꝟ.ſabini.⁊ de hoc no.de elec.c.ſorte.ꝟ.euidenter.per Archi.li.vj. Item certũ dicit id quod eſt clarũ ſiue manifeſtũ et nullatenus obſcurũ.xj.q.iij.certũ.et no.de elec.c.in electionibus.ꝟ. incerta. per Archi.li.vj.

i ¶ Sub pena.ex quo pena nõ limitat erit arbitraria.ex de offi. dele.c.de cauſis.cũ ſimilibus.hec aũt pena excõicationis nõ poterit eſſe inflictum ꝯcernẽs parrochianos vt vniuerſos qui tenent ad fabricã nauis eccleſie. Nam pena excõicationis non infligit in vniuerſitatem.de ſen.excõi.c.romana. in ſi.li.vj. Licet poſſet infligi in ſingulares perſonas ſingulariter que in ea parte eſſent culpabiles.Et idem puto in hoc caſu quo ad ſuſpenſionis penã talem vicz que non pōt cadere in parrochianos tanq̃ cõitatem ſiue vniuerſitatem.poſſz tñ archidia.in hoc caſu ſi defectus fuerit enormis apponere penã ne tpe limitato elapſo in ipſa eccleſia celebrentur diuina vſq ad cõgruã reparationem factaz vt ſic parrochiani puniãtur per ſuſpenſionem ſiue interdictũ loci. ar. ad hoc.ex de ſponſ.c.nõ eſt vobis.Si vero aliqui ſint qui tenent ad reparationem cõtribuere ⁊ dũ poſſunt nolunt vel nimis remiſſi ſunt:tales monitione premiſſa pōt ad hmõi contributionẽ cõpellere per excõicationis penã:ne ꝓpter eorũ culpã etiam eccleſia diu maneat irreparata.ar.ad hoc.d.c.romana.ibi: culpabiles ⁊c.⁊ hic vide ad roborationem premiſſorũ ea que no.per Jnno.d.c.romana.ꝓpe fi. ¶ Sed nũquid gardiani eccleſie ad hmõi reparationem faciendã ⁊ alias ad bona eccleſie diſponẽda electi poſſunt per penã hmõi.ſ.excõicationis vel ſuſpenſionis aut per penã aliã cõpelli ad reparationem de qua hic dicit. eſtimo ꝙ ſi ſufficienter habere poſſint vnde fiat reparatio hmõi tunc ſi circa hoc negligentes extiterint poſſunt per cenſurã ad hoc compelli. Alioquin ſi per eos nõ ſteterit nõ eſſet cõtra eos ſic ꝓcedendũ. ar.ad hoc de reg.iu.c.imputari.li.vj.cũ ſimilibus. Sed cũ archidiaconi ex cõſuetudine pſcripta imponũt penas quãq pecuniarias.qđ dic vt dixi.ſ.e.c.eiſdez.ꝟ.pena canonica.⁊ maxime in caſu de quo loquimur:vicz pro reparatiõe eccleſie.Quero ſi parrochiani incidant in hanc penã cui applicabitur ipſa pena: pōt

Questio

dentur[k] vel suppleātur[l]. per[m] se etiā ⁊ suos[n] inquirāt[o] si i parrochia i qua officiū visitatōis ipendūt i rebus[p] vel personis[q] aliqd fuerit corrigēdū: ⁊ excessus si quos ibidem inuenerint: vel tunc[r] vel in proximo[s] capitulo corrigantur[t].

¶ De officio archipresbyteri.

Johannes peccham.

¶ Quilibet sacerdos curā animaꝝ potissimū gerens: quater in anno dilucide exponat subditis suis articulos fidei et precepta moralia ad saluteꝫ necessaria: vt i hoc capitulo summatim recitantur.

Ignorantia[a] sacerdotū ⁊ infra. precipimus[b] vt qlibꝫ sacerdos plebi ꝑsidēs[c] quater[d] i āno hoc ē semel i qualibꝫ quarta āni die vna solēni[e] vel plibus[f] per se[g] vel ꝑ alium[h] exponat populo[i] vulgariter[k] absqꝫ cuiuslibet subtilitatis[l] textura fātastica[m]. xiiii[n] fidei articulos: decem[o] mādata decalogi[p]: duo precepta euāgelii: videlicet gemine[q] caritatis. septē opa[r] misericordie. septeꝫ peccata mortalia sua cū proge-

dici q̄ si archidiaconus habeat aliūde sufficiēter vnde viuat tūc penā ipsam cōuertere dꝫ in pios vsus vicꝫ pauperū aut alias in vtilitatem ecclie. ex de penis. c. pbři. xxiij. q. v. dicat aliqs. iij. di. nō militare. xvj. q. vij. c. j. Si vero nō habeat vnde debite viuat tunc illā pōt cōuertere in vsus suos. ex de offi. ordi. c. dilectus. et facit qd no. p Archi. xxiij. q. v. si vos. glo. ā penul. in fi. ⁊ de sen. excō. c. venerabilibus. §. deniqꝫ. li. vj. ⁊ p Gosf. ex de elec. c. statutū. in de. Quātū vero est ad reparationeꝫ videtur hec materia decidi. §. de censi. c. quātus lex nature. §. Item qz. vbi de hoc. v. nequit impiguantes.

k ¶ Emendentur. s. defectus nondū incepti vt reparentur.

l ¶ Suppleātur. s. icepti sed non completi.

m ¶ Per se. scda pars.

n ¶ Et suos. s. officiales et ministros qbus in notorijs creditur. vel si iurati sint nullos excessus se delaturos nisi de quibus cōstat vel grauis regnat infamia.

o ¶ Inquirant. itelligas de inquisitione generali de qua dixi. s. in ɔstōne exterior hīus. v. inqrāt. et fiat hec inqsitio simplr ⁊ de plano sicut legit ex ꝺ accu. c. sicut oli. ⁊ i notorijs talibus est credēdū alr nō nisi sint iurati vt nōi solet ꝑ doc. i. d. c. sicut oli. ad fi.

p ¶ Rebus. s. ptinentibus ad ecclīam de quibus habes. s. de eccle. edi. vt parrochiani. ⁊ s. e. c. j. ⁊ dic in rebus. i. circa res. s. aut male gestas aut male custoditas. ⁊ ꝺ appellatōe rerū itelligo cōtineri iura ad ecclīaꝫ quouismō ptinētia. ar. ff. de vb. si. l. rei appellatio.

q ¶ Personis. siue clericorum siue laicorum.

r ¶ Tunc. s. in ipsa visitatione vel tempore visitationis.

s ¶ Proximo. hic vide qd scripsi. s. ꝺ ɔsti. c. j. v. capitulis ruralibus.

t ¶ Corrigātur. sic ꝑ ptꝫ q̄ correctio criminū etiā ptinet ad arch. ⁊ huic ɔcordat id qd legit in ɔstōne othonis. c. de archidiaconis vbi de ꝺ ꝑ Jo. de athona in. v. corrigenda. Sed ꝑ hoc dic vt dixi s. de cōsti. c. exterior habitus. v. inquirere.

Diuisio.

a ¶ Ignorantia sacerdotū ⁊ c̄. Huius. c. pars est. s. de sum. tri. et fi. ca. c. j. de sac. itc. c. ij. ⁊ istud. c. hꝫ principaliter. ij. dicta. In prio dat pceptū de certa doctrina faciēda cōcernēte mores hoim ꝑ sacerdotes curā aiaꝝ hn̄tes in ecclesijs parochialibus. In scdo ibi Et ne / declarat doctrinā ipaꝫ distinguendo eā in sex dicta. Prio ibi Decem enī / declarat decem mandata decalogi. Scdo ibi Duo aūt / declarat duo pcepta euāgelij. Tertio ibi Sex aūt / declarat q̄ sunt opa mie. Quarto ibi Septē vero / declarat q̄ sunt pctā mortalia. Quito ibi Septē virtutes / septeꝫ virtutes principales declarat. Sexto ibi De septem / remittit ad locū vbi tractatur de septem sacramentis.

b ¶ Precipimus. hic vide qd scripsi. s. de cōsti. c. j. v. precipimus.

c ¶ Presidens. s. per viam cure.

Quattuor anni ptes

d ¶ Quater in anno. huius expositio statī sequit in textu ibi hoc ē semel in qualibet quarta anni. lꝫ enī annus diuidat in quatuor tpa vicꝫ in ver / qd incipit in medio februarij vel ꝓpe et durat ꝑ tres menses. deinde in estatē q̄ durat tantūdem. tertio in autūnū qui etiā tantū durat. quarto in hiemē q̄ etiā tot mensibus durat vt no. accurs. ff. de aqua quo. ⁊ esti. l. j. §. estatē. annus tn̄ vsualis q̄ incipit in ianuario pmo die ⁊ durat vsqꝫ ad ianuariū anno reuoluto vt no. Archi. de rescrip. c. si ꝓpter. v. anni. li. vj. ⁊ qui hꝫ. ccclxv. dies. ff. de statu liberis. l. cū heres. §. stichus. diuisus in quattuor ptes hꝫ ꝑ pria quarta. iij. menses. s. ianuar. februa. ⁊ mar. vel qd est verius ɔputando ꝑ dies ⁊ horas hꝫ. xcj. dies ⁊ sex horas. vn̄ pma quarta incipiendo a media nocte post vlti. diē decembris terminatur ad mediā noctē prime diei aprilis sicꝫ sibi sex horis diei naturalis sequentis. scda quarta terīatur in meridie scde diei iunij vicꝫ hora xij. tertia quarta terīatur in vespere prime diei octobris. quarta quarta terīatur in media nocte vltime diei decembris. vn̄ sufficit illud qd hic pcipit fieri aliquo die solēni quocūqꝫ infra aliquā dictarū quartarū siue in pncipio medio vel in fine etiā vltimo die ipsius quarte. ff. de v. ob. l. si ita stipulatus fuero. ff. de vb. sig. l. si qs sic dixeris. appet tn̄ de volūtate cōstituentis fuisse vt hec doctrina fieret certis tpibus sicut colligi pōt. s. ꝺ offi. archi. c. eisdē tpibus vicꝫ illis tpibus de qbus legit. s. de sen. excō. c. vlti.

e ¶ Solenni. s. dnica vel alia q̄ parochiani ꝺ mādato ecclie ɔueniūt ad diuina.

f ¶ Pluribus. vicꝫ si in vna die tota ista doctrina expediri nō poterit. naꝫ lꝫ pluribus diebus ꝑticulatim ministret semel tn̄ dūtaxat fit integraliter. et hoc est qd. s. dixit semel i qualibꝫ quarta anni. nō vt illud li semel itelligat .i. simul sicut alr sumit ff. de iu. pa. l. si libertus. §. fi. sꝫ semel vicꝫ in huius ɔstōnis totalitate ꝑ singulas qrtas āni exeqnd.

g ¶ Per se. si legitime ipeditus nō fuerit.

h ¶ Per aliū. s. locū suū in cura sua tenentē vtputa pbřm parochialem vel alr per aliū capellanū siue infra suā ecclīam vel extra diuinis officijs exequendis assuetum.

i ¶ Populo. i. tā nobilibus q̄ ignobilibus. insti. de iure natu. §. plebiscitū. nā populi vniuersi ciues itelligūtur vt ibi. ⁊ hoc verū in his qui sunt eiusdē ꝓfessionis. secus si fuerint diuerse ꝓfessionis vt sunt clerici ⁊ laici. xij. q. j. c. duo sunt. vn̄ interdicto ppl'o nō est iterdictus clerus. nec ecōtra. de sen. excō. c. si sntia. li. vj. iux qd videt q̄ hic ꝑ populū intelligant solū laici qbus maxime ɔuenit hec doctrina. puto tn̄ q̄ et clericis interessentibus nō dꝫ illud qd ꝺ precipit omitti qz etiam vtriqꝫ statui hec doctrina cōmunis esse debet et vtriqꝫ est necessaria.

k ¶ Vulgariter. s. in lingua materna et vulgari. anglica vicꝫ anglicis. gallica gallicis. ⁊ est idem dicere vulgariter. i. nō litteralr sed ad intellectū vulgi. i. cōitatis plebiū simul cōmorantiū.

Subti
tas

l ¶ Subtilitatis. q̄ si sit fantastica ⁊ ad veritatē dicendorū minus fructuosa vel inutilis aut alr pniciosa reprobāda est. ex de iudi. c. dilecti. cum cōcor. ibi no. ⁊. xxiiij. q. j. scisma. ⁊. xxxvij. di. relatū. finalr si sit vtilis ⁊ rōnabilis tendens ad idagatiōeꝫ itellectus alicuius veritatis talis subtilitas approbat. ex de scr. capellanus. in fi. de cele. miss. c. cū marthe. de trāsla. epis. c. ij. §. j. v. dicūt q̄. ⁊ sic no. ꝑ Hosti. d. c. dilecti. Vn̄ vana subtilitas respuēda est. C. ꝺ legi. l. vlti. illa ēt q̄ innitit vbis ⁊ recedit a mēte iuris. ex de vb. sig. c. intelligentia. ⁊ no. d. c. dilecti. ꝑ Jo. an. ⁊ ꝑ Hosti. d. c. capellanus. sic etiā subtilitas q̄ est circa medullā materie est laudabilis nō aūt illa q̄ ɔsistit circa vocē tn̄ sicut no. xij. q. v. c. obitū. per Archid.

m ¶ Textura fātastica. est enī textura idē q̄ opimentū vel itersartio q̄ aliqd qd alr apperet latēter abscōdit ⁊ hoc etiā multotiēs fit ex imaginatione que alr fantasia dr̄ dū aliud forsan aliquis causa curiositatis scripture adijcit vel admiscet ei qd i ea plane posita cōtinetur. et per talem adiectiōeꝫ siue mixturā verus vt sepe contingit non habetur vel alias obfuscatur itellectus.

n ¶ xiiij. fidei articlos. ꝺ his sufficienter dixi. s. de su. tri. ⁊ fi. ca. c. j.

o ¶ Decē mādata. ꝺ his seriatī legit. s. e. c. a vbi. decē eī. vsqꝫ ad vbi.

p ¶ Decalogi. sic dicti a decē ⁊ logos qd est sermo scdm his aūt Januen. Et est decalogus sermo decem preceptorū. de hoc decalogo habetur Deutro. v. ⁊ Exod. xx. c. xxij. q. iiij. meretrices.

Decal

q ¶ Gemine caritat. s. dilectōis dei ⁊ pxi. de qbus hēs. s. e. v. his aūt.

r ¶ Opera misericordie. de his habes. s. e. v. sex autem.

nic: ſeptem virtutes principales: ac ſeptē gratie ſacramēta. Et ne quis a predictis per ignorātiam ſe excuſet expoſitis. xiiii. fidei articulis ſub titulo cōgruenti: cetera ſub quadā vt ſequitur perſtringimus ſummaria breuitate. Decē enim mādatorum ꝑcepta veteris teſtamenti tria ordinantur ad deum que dicunt mādata prime tabule. ſeptem vero ad proximum que dicuntur ſecunde tabule mādata. In primo prohibetur omis ydolatria cum dicitur: non habebis deos alienos coram me: in quo implicite prohibentur omnia ſortilegia et oēs incātatiōes cū ſupſtitionibus characterum et huiuſmodi figmentorum.

r ¶ Septem virtutes. de his habes ꝭ. c. d. ſeptem virtutes.

s ¶ Gratie ſacramenta. de his habes. ī. de ſacramen. iteran. vel non. c. ij. quod eſt pars huius.

t ¶ Et ne quis. ſecunda pars principalis. et dic ne quis ſcilicet ad quem ſpectat iſta docere.

v ¶ Predictis. ſ. doctrina ſiue expoſitiōe eoꝝ ꝗ ſtatim ſupra dicunt.

x ¶ Per ignorātiam. ꝗ i his vitupāda ē i hn̄te curā aīaꝝ. qđ dic vt dixi. ī. de ſūma tri. ꝛ fi. catholi. c. j. gloſa. j.

y ¶ Titulo cōgruēti. ſcꝫ ſupra de ſūma tri. ꝛ fi. catholi. c. j.

z ¶ Sūmaria breuitate. id ē cōpēdioſa breuitate tali vicꝫ ꝗ in paucis totū cōtinet ſicut alias ptꝫ exemplū in ꝓhemio inſtitutōnū. ꝛ ꝑ totū librū.

ura. x.
datoꝝ.

a ¶ Decem enī. Hic incipit agere de decem ꝑceptis decalogi de ꝗbus premiſit. ꝛ nō ꝙ decem mandata pn̄t figuratiue recolligi in corpe humano tripliciter. Primo in decē articulis pedū vt ꝑ eoꝝ numerū aſſit memoria decē mandatoꝝ ad dirigendū in nobis greſſus affectionum. Scđo ꝑ decē digitos manuū ꝑ quoꝝ numerum adeſſe dꝫ memoria decē mandatoꝝ ad regendū actus nr̄aꝝ oꝑationū. Tertio ꝑ decem organa quinqꝫ ſenſuū. ſunt enī in corpe humano duo oculi ad videndū: due aures ad audiendū: due nares ad odorandū due fauces ad guſtandū: ꝛ due manus ad tangēdū. ex ꝗꝝ numero adeſſe nobis dꝫ memoria decē mandatoꝝ ad moderandum actus noſtraꝝ cōuerſationū. Et nota ꝙ iſte numerus ſumitur h̄ mō. vt ſcꝫ hoꝝ tria ꝗ ſūt ꝑme tabule ordinēt nos ad deū: et h̄ tripliciter. Uno mō ꝑ meditatiōem cordis et ad hoc dirigit tertiū ꝑceptum. ſ. ſctificatio ſabbati quo aliquod tp̄s deputatur ad vacandū diuinis ceſſando ab omibus que etiam diuina ꝑturbare poſſent. Alio mō ꝑ reuerentiā oris quod fit dū deus laudatur: ꝛ nomen eius ī reuerētia tenet. et ad hoc dirigit ſecūdū mandatū. Tertio vt in oꝑe ſeruitiū debitū deo exhibeatur qđ latria dr̄ ad cuius actū ordinatur ꝑmū ꝑceptū ꝑ ꝓhibitionē ꝯtꝫ. ſeptem alia precepta ordinant nos ad ꝓximū: ꝛ hoc dupl'r. Uno mō vt beneficiū ei impēdatur qđ maxime parentibus faciendū eſt. Unī in pmo ꝑcepto ſcđe tabule honor parentū ꝑcipit in quo intelligitur oē bn̄ficiū ꝓrio exhibendū. Nā honor iſte nō ſolum attēdit ī reuerentia: ſed in adminiſtratiōe eoꝝ ꝗ corpi ſūt neceſſaria. Alio mō vt ꝓximo nocumētū nō inferat: et ad hoc ꝑtinent ſex precepta ꝗ ſequūtur: ꝛ ſic ordinant. Nocumentū ꝓximo inferri pōt tripl'r. corde/ore/et oꝑe. Corde dupl'r q̄qꝫ reſpectu rei rōnalis ꝯtra qđ dr̄ nō ꝯcupiſces vxorē proximi tui. vbi ꝓhibet cupiditas rei aliene ꝗ eſt cū eo idē corpus et ſibi res coniuncta. Et etiam cupiditas rei aliene ꝗ nō eſt ſibi cōiūcta vt vnū corpus: ſꝫ eſt ex̄ eū duꝫ dicit nō ſeruū nō āctillā ꝛc. q̄qꝫ reſpectu rei irrōalis cū dicit nō ꝯcupiſces res ꝓximi tui/nō agrū/nō domū ꝛc. Ore vel alias verbo infertur ꝓximo nocumentū. Et ꝯtra hoc dr̄ nō loqueris contra ꝓximū tuū falſum teſtimoniū. Oꝑe vero nocet ꝓximo tripliciter. Uno mō in ꝑſonam ꝓpriā et hoc ꝓhibet dū dr̄ nō occides. Alio mō in ſuos. et ꝯ hoc dr̄ nō mechaberis. Tertio mō in ſua: et contra hoc dr̄ non furtum facies.

ripl'r ꝑt
ferri no-
mētū ꝑ-
mo.

b ¶ Veteris teſtamēti. quod ſcꝫ hircoꝝ et vituloꝝ ſanguine fuit dedicatū ꝛ tp̄alia ꝓmittebat cū tn̄ teſtamētū nouū quod eſt xp̄i ſanguine cōſecratū ꝓmittat eterna. dr̄ itaqꝫ vetus teſtamentum qꝛ tranſitoriū. aliud dr̄ nouū qꝛ eternū. ex̄ de cele. miſſ. c. cū marthe. §. ceterum.

c ¶ Tria. ſ. ꝑma in ordine de quibus ꝭ patet.

d ¶ Ad deū. ſcilicet contemplandum vel diligendum.

e ¶ Prime tabule. Joſephus qui fuit doctor hyſtoricus dicit ꝙ ꝑcepta diuina fuerūt ꝑ equas partes in duas tabulas diſtincta ſic ꝙ quinqꝫ fuerūt in vna et quinqꝫ in alia. Sed Origenes Auguſtinus: et alij docto. miſtici dicūt ꝙ in ꝑma tabula cōtinebant ſolū tria precepta ꝗ ordinant ad deū: et hoꝝ dicta ſequit auctor in hoc loco ꝛ de his tabulis videre poteris Deutero. v. c.

f ¶ Septē vero. ſ. ſequentia et ſupple ordinantur ad ꝓximū ſcilicet diligendum.

g ¶ Secunde tabule. eo ꝙ dicta ꝑcepta fuerunt ſcripta in duabꝰ tabulis lapideis vt habet Deutero. v.

h ¶ In primo. ſcilꝫ precepto prime tabule.

Ydolatria triplex.

i ¶ Ois ydolatria. que ē triplex reſpectu triplicꝭ ſecte. ſ. infideliū vtputa iudeoꝝ ꝛ paganoꝝ. Itē hereticoꝝ ꝛ etiā maloꝝ xp̄ianoꝝ. Sunt enī in h̄ ꝑmo ꝑcepto tres clauſule ꝑma eſt illa ꝗ ſequit h̄ in textu hec videlicet

k ¶ Non habebis deos alienos. et iſtud ꝑceptū principaliter ordinatur ad deū patrē cui tāqꝫ ad fontale ꝑncipiū totiꝰ deitatis eſt ꝑncipalit' orandū: ꝛ eſt de diuina vnitate. et ꝯtra hāc clauſulaꝫ veniūt iudei et ſaraceni ꝗ deos hn̄t alienos. Judei vicꝫ meſſiā. i. ātixp̄m. ſaraceni vo machometū. Scđa clauſula eſt: nō facies tibi ſculptilia hoc eſt ymagines fictas ꝗ nullius rei naturalis ſunt repreſentatiue. Et contra h̄ faciūt heretici qui nō credūt de deo niſi qđ in ymaginatiōe et fantaſia cōfingunt. Tertia clauſula eſt: neqꝫ oēm ſilitudinē. ſ. rei naturalis ymaginē ꝗ eſt in celo deſup vt ſolis et lune. et ꝗ in terra deorſum vt hois bouis et ſilium. Neqꝫ eoꝝ que ſūt in aqs id eſt piſciū. ꝯtra hoc faciūt mali xp̄iani. Supbus nāqꝫ et ambicioſus colūt ſilitudinē eoꝝ ꝗ ſūt in celo deſup. nam tales ſuper oia diligunt excellentias et prelaturas. Auarus colit ſilitudinē eoꝝ ꝗ ſunt in terra/ aurū. ſ. ꝛ argentū/ et terrenas diuitias/ et nūmū colit ſicut deū. Unde auaritia eſt ydoloꝝ ſeruitus ſꝫ apl'm ad eph. v. voluptuoſi vt ſunt guloſi ꝛ luxurioſi colūt ſilitudineꝫ eoꝝ ꝗ ſunt in aquis vicꝫ carnis voluptatem et delitias de talibꝰ dicit quoꝝ deus venter eſt: ꝛ gloriant in ꝯfuſione ipoꝝ. ad phil. iij. ¶ Ex pmiſſis apparet ꝙ reprehēdi nō debēt veri xp̄iani qui faciūt ymagines nō vt eas tāqꝫ aliꝗd numinis habētes colant vel adorent ſed ad memoriā et recordationē ſctōꝝ quos repreſentant eas venerant. de ꝯſe. di. iij. c. ꝑlatum. ꝛ c. ſeq. talis nāqꝫ honor non eſt latrie ſed dulie ſm Thomam.

l ¶ Omnia ſortilegia. i. diuinationes et maleficia. xxvj. q. v. c. ſortes. ꝗ oīno illicita ſunt ſicut ptꝫ. e. cā. q. ij. §. his ita. et c. ſequenti. et quaſi ꝑ totū. et de his et ea ꝯcernentibus plenius videre potes. xxvj. q. ij. illud. ꝛ ꝑ totā cām illā. et no. ꝑ Hoſtien. in ſūma ex̄ de ſortil. §. j ꝑ totū. et ſpecialiter in. §. quot ſūt eius ſpēs ꝛ. §. i quo caſu. ibi videas ꝓ materia et remiſſionibus.

m ¶ Incantationes. vtputa in collectionibus herbaꝝ ꝗ medicinales ſunt aliquas obſeruatiōes attendendo: niſi ſimbolū vel orationē dn̄icam. xxvj. q. v. c. non liceat. vbi de hoc ꝑ arch. ꝛ idē in alijs ſimilibus. Dicunt enī incantatores hi qui artem verbis ꝑagunt ſicut legitur. xxvj. q. iiij. c. j.

Incātatoꝛ

n ¶ Cū ſupſtitionibus. ſupſtitioſum eſt omne illud quod ab hominibus fit ad colendum creaturam vel partem creature: ſicut deū vel ad inuocationē demonū vel ad exercendū magicas artes. de quibus habent multa exempla. xxvj. q. ij. c. illud et generaliter oīe illud quod ponit ſpeꝫ in aliud ꝑterqꝫ in deū. xxvj. q. v. non liceat.

Supſticio ſū qđ ſit.

o ¶ Caracterum. i. figurarum ſiue litterarū. Solent enim aliqui aliqua diuina verba ſup ſe geſtare circa collū vel alibi quibꝰ cauendū eſt ne talis ſcriptura fiat ad inuocationem demonū: ne ve contineat aliquid falſitatis: qꝛ ſic eius effectus non poſſꝫ expectari a deo qui non eſt teſtis falſitatis. Cauendū eſt etiam ne cum verbis ſacris contineantur aliqua vana videlꝫ ſigna ſiue caracteres iſcripti ꝑter ſignū crucꝭ vt nōt archi. dicto. c. non liceat.

p ¶ Figmentorum. poſſunt enim dici figmenta omnia talia que non habent in ſilitudine ſua realem exiſtentiam. ſed finguntur ab aīs hoīs vt ſūt illa ꝗ hn̄t caput hoīs ꝛ corpus bouis ꝛ hmōi. Uel poſſunt dici figmenta ꝓut aliqui fingunt nomia hebraica angeloꝝ et ea litteris ſiue carminibus inſcribunt. Et in modo ſcribendi ſpem ponūt ac etiā in ligaturis ꝛ alijs vanitatibꝰ ſuis

Figmētuꝫ

In secundo[q] mandato cuz dicitur non[r] assumes nomen dei tui in vanum. prohibetur principaliter heresis[s] vniuersa: et secundario omnis blasphemia[t] et irreuerens[v] dei nominatio precipue in periurio[x]. In tertio[y] mandato cum dicitur memento[z] vt sabbatū[a] sanctifices[b]: precipit cultus religionis[c] xp̄iane ad[d] quē indifferēter clerici et laici obligant. Ubi sciēdū est q̄ obligatō ad feriādū[e] in sabbato[f] legali secūdū formā[g] veteris testi expirauit[h] oino cū ceteris in lege cerimoniis[i]: et

consiliū. vt verbi gratia q̄ teca in qua portant reliquias sit quadrata vel triangula vel aliud hm̄oi qđ nō fit nec fiat ad reuerētiam dei fm̄ archid. in loco p̄eal. et idē intelligo de his qui portant breuia q̄bus inscripta sūt noīa nō vsitata q̄̄ noīa dei ineffabilia et etiā de talibus q̄bus asserit q̄ quicūq̄ breue tale sup se portauerit nō p̄iudicabit sic vel sic: aut illud vel illud bonū sibi ꝯtinget &c. vide. sup ray. ti. de sortilegijs et fratrem Joh. in sūma ꝯfes. c. ti. q. xiij. Et hac materia nota plenius p̄ henricū ex. de sortilegijs. c. j. distinct. j.

q ¶ In secundo. hic agit de secūdo mandato p̄ime tabule.

r ¶ Non assumes nomē dei tui in vanū. et istud preceptū ꝯtinet ad filiū qui est nomē patris et est de iuramenti veritate. et dic in vanū. i. pro nichilo vel p̄ re q̄ nō est iuranda.

Nō i qb' ꝯsistat heresis.

s ¶ Heresis vniuersa. hec autem cōsistit in corde aut in ore vel in ope. corde consistit in oībus his qui noīe tm̄ sine re dicūt xp̄iani. Tales nāq̄ licz sacrm̄ baptismi receperint tn̄ rē sacri. i. grām non habēt et sic nomē dei sumūt in vanū. Ore aūt hoc accidit multis modis vicz p̄ vanā iurationē. per voti transgressionē. per vanā predicationem talem vicz q̄ fit mala intentiōe et p̄ indeuotā orationem: de qua dr̄ ppl's iste me labijs honorat cor aūt eoꝝ lōge est a me. Item opere. hoc contingit maxime in ypocritis quorū opera consistūt in simulatione opis exterioris nō in pietate cordis et in oībus istis consistit heresis. i. diuisio p̄ quā deuiat a vera fide q̄ non habetur sine opibus bonis. Jaco. iiij.

Blasphemia.

t ¶ Blasphemia. q̄ dr̄ irreligiosa reprehensio. detractio vel vituperatio. ꝓprie tn̄ et stricte loquendo blasphemare est deo iniuriam irrogare. videlicet aliquid attribuendo qđ ei nō ꝯuenit et h̄ est ꝯ iniam. aut cū ab eo remouet id qđ ei conuenit et hoc est contra iusticiam. aut cū creature attribuit illud quod est ꝓpium dei. et hoc est cōtra eius maiestatem fm̄ Januen. et de hm̄oi blasphemia habes. xxij. q. i. si qs p̄ capillū. et quesit pena blasphemi contra deū vel sanctos habes ex. de maledic. c. statuimus. hi eciā qui p̄ intestina vel membra dei saltem talia que essent in hoībus inhonesta iurant deo blasphemiā irrogant. vt in decre. c. si qs p̄ capillū. nec tales excusant a pctō mortali fm̄ Thomam.

v ¶ Irreuerens noiatio. vtputa cū iurat p̄ vulnera xp̄i fm̄ Tho.

Mlt' modis nomē de' sumit i vanum.

x ¶ Periurio. qđ fit tribus modis. s. iurando contra ꝯscientiam iurando illicitum: vel veniendo ꝯ iuramētū: sic itaq̄ potes notare q̄ nomen dei multis modis sumit in vanū. vno mō p̄ frustrationem sacramenti vt quādo quis non credit vt hereticus vel credit sed se non disponit vt vsurarius. vel quando gratiam susceptam in sacramento non custodit. Secūdo mō p̄ voti fractionem vicz quando votum irrōnabiliter differt vel quando vouens mutat voluntatē vel apostatice rebellat. Tertio mō p̄ blasphemi homis locutōnem hoc est p̄ locutionem maledicam quando maledicit deum. Item p̄ locutionem falsidicam. vt si de deo asserat falsum et neget verum. Item p̄ locutionem opprobriosam vt cū quis loquitur de secretioribus membris xp̄i in q̄bus pro nobis factus est humilis. Quarto modo in vanā predicatione. Quinto modo in indeuota oratione. Sexto modo in ypocritica conuersatione.

y ¶ In tertio. s. mandato p̄me tabule.

z ¶ Memento. hoc dicit vt istud mandatum magis imprimat memorie: et ad hanc memoriam habendam monere debēt homines tam natura q̄ scriptura. fm̄ naturam nanq̄ omnia post laborem appetunt quietem. exemplum patet in herbis segetibus et plantis et arboribus que suo modo fructificando laborant in vere/estate et autūno. sed in hyeme quiescunt. scriptura etiā monet ad hoc q̄ deus post operationē sex dieꝝ quibus creauit oīa requieuit die septimo. Gen. ij. Sic etiam apostoli/martyresq̄/ et alij sancti post eorum laborem in hoc seculo iam requiescunt in celo. Item ad habendum hanc memoriam moueret nos voluntas diuina que est vt in die festo vacetur diuino cultui vt infra patet. aliter autem quare dicat memento videtur notare littera Deutero. v. ubi memento q̄ et ipse seruieris in egypto. &c. Et sequitur idcirco p̄cepit tibi vt obseruares diem sabbati.

a ¶ Sabbatum. hic nota q̄ sabbatum quandoq̄ sumitur pro die septimo et sic stat proprie et interpretatur requies quia illo die auctor omniū requieuit ab omni opere suo. Gen. ij. ponitur etiā sabbatum quādoq̄ pro tota septimana vt ibi: ieiuno bis in sabbato. Luce. xviij. q̄nq̄ p̄ quolibet die septimane vt ibi prima sabbati. i. p̄ma die post sabbatū. secunda die sabbati. i. secūda die &c. proprie autez sabbatum dicitur dies septim' vt predixi et tropologice figurabat cessationem a peccato: allegorice quietem corporis christi i sepulchro. Anagogice requiem eternaz in celo.

Sabb mis sumit.

b ¶ Sanctifices. i. sanctum et mundum venerando serues generaliter scilicz illo die a vicijs cessando. spāliter ab operibus corporalibus que impediunt vacationē ad deum abstinēdo. specialissime contēplationi diuinoꝝ totaliter inherendo. horū prima est necessaria. secunda debita. tertia p̄fecta.

c ¶ Religionis xp̄iane. sic dicte quia per eam xp̄iani religantur ad cultum vnius dei vinculo seruiendi fm̄ ysidorum. Sed aliter potest dici hec religio virtus que supiori nature quā diuinā vocamus cultum cerimoniāq̄ offert: et habet in se tria: fidem p̄ quā homo intelligit quid credendum. spem p̄ quā concipit qđ sperandum. caritatem per quam aduertit quid amādū. hec notat archidia. de regula. c. j. §. religionis. li. vi. et nota bene qđ dicit xp̄iane: qr ad cultū religionis iudaice qui obseruant sabbatum ad lrām in die septimo nō astringimur vt. j. p'x. et sup h̄ habetur sn̄ia beati Gregorij in canone puenit. de ꝯse. di. iij.

Relig

d ¶ Ad quem. scilz cultum.

e ¶ Feriandū. i. ab operibus seruilibus cessandū et solēnizādū.

f ¶ Sabbato legali. quod celebratur ad litteram die septimo vt supra dixi.

g ¶ Formam veteris testamenti. iux̄ quā non licuit etiam cibos preparare i sabbato nec vltra vnū miliare exire. Actuū. j. c. ibi sabbati habens iter.

h ¶ Expirauit oino. de ꝯse. di. iij. puenit. et huius loco successit dies dominicus nō quidē ex vi precepti veteris legis s; ex ꝯstitutione ecclesie et cōsuetudine ppl'i xp̄iani: et iō non est ita arta p̄hibitio operandi in die dn̄ico sicut in die sabbati fuit in antiqua lege fm̄ Tho. in summa. quē sic recitat Jo. in sūma ꝯfes. li. j. titu. xij. q. vj.

Nō de pro sa catōis bati.

i ¶ Cerimonijs. ex hac lr̄a videt q̄ preceptum de obseruatione sabbati in veteri testō fuit cerimoniale. s; Jo. de deo. vi. di. Non est pctm̄. dicit q̄ fuit sacramētale. et cū eo ꝯcor. Hen. ex. de ꝯsti. c. j. di. j. vsi. Et ne p̄cedas. Sacramētalia eīn p̄cepta s; eos fuerūt ea de q̄bus ad lr̄am rō reddi potuit vt in circūcisione p̄ quā damnatōis piculū vitabat. ex. de baptismo. c. maiores. Item in obseruatione sabbati. cuius rō fuit qr illo die dominus requieuit ab oī ope qđ patrarat. Gene. ij. Cerimonialia fuerūt quoꝝ ad litterā nō fuit dare rōnē vt sunt illa nō arabis i boue et asino. nō feres vestē lana linoq̄ ꝯtextā. nō seminabis agrū diuersis semie. circa hāc materiā dicit Januē. q̄ in veteri testō erāt p̄cepta moralia q̄lia erāt p̄cepta decalogi de q̄bus h̄ habem'. Itez iudicialia q̄le est illud si emeris seruū ebreū &c. Exod. xxj. et illa ꝑtinēt ad pacē inter hoīes seruādā. Alia erāt cerimonialia. et hec erāt i differētijs sacrificioꝝ. in discretiōe ciboꝝ: i expiatōe imūdiciarū: et i obseruatōe solēnitatū. de q̄bus habet i leuitico fere p̄ totum. Erāt et ꝓmissa ad alliciendū sicut ꝓmissio terre fluētis lac et mel. Exod. iij. et alia hm̄oi. fuerūt et sacralia q̄ erāt figure sacroꝝ noue legis sicut est sacrm̄ phase. Exod. xij. sacrm̄ vitule ruphe. Numeri. xix. Et sic ex p̄dictis apparet q̄ scificatio sabbati fuit morale inquātum ꝯtinet inter p̄cepta decalogi que sunt moralia. fuit etiā cerimoniale inquātū cōcernit obseruationem solēnitatum vt dicit Jo. et Henr'. vel alias inquantum concernit solēnitatem sacrificiorum. Nā et cerimonie dicuntur ipsa sacrificia q̄ mō nō sunt in vsu fm̄ Januen. p̄ q̄b' aduerte q̄ sicut dicit Tho. i sūma. q. c. xxij. arti. iiij. et recitat eū Jo. i sūma ꝯfes. li. j. ti. xij. q. v.

ſufficit in nouo teſtō modus vacādi diuino[k] cultui dieb⁹[l] dñicis et ceteris diebus [m]ſolēnibus ad hoc auctoritate[n] eccleſie deputatis q̇bus [o]dieb⁹ modus vacandi[p] nō eſt ſumendus a ſupſtitōe[q] iudaica[r] ſed a canonicis[s] īſtitutis. Primū[t] ſcd̄e tabule mādatū eſt patrē[v] ⁊ matrē explicite[x] tp̄aliter[y] et ſpūaliter[z] honorare[a] implicite[b] autem ⁊ ſecūdario ois[c] hō pro ſui gradus[d] merito ex eodem mandato intelligitur honorādus

Preceptum de ſctificatione ſabbati lr̄aliter intellectū fuit partim morale q̄: natura ad hoc īclinat vt hō aliqđ tp̄s vite ſue deputet ad vacandū diuinis. fuit et cerimoniale īq̄ſtū determīauit aliq̄d determinatū tp̄s in ſignū creatiōis mūdi vel inq̄ſtū figurauit quietem fruitiōis dei q̄ erit in patria. Cū his et ꝯcor. Tho. in ſcripto ſup iij. ſent. di. xxxvij. q̄ et dicit ꝙ fuit ⁊ iudiciale quantū ad modū vacatōis ab opib⁹ determinatis. Et inquātū ordinabat ad quietem laborantiū qđ ptinebat ad iuſticiam dn̄atiuā q̄ eſt inter dñm et ſeruū. Et ꝓdictis ꝯcor. Tho. li. v. de veritate. c. lxi. Qui dicit ꝙ in h ꝓcepto quoddā eſt morale vt vacatio q̄ eſt ad deū orando/colēdo/meditando. quoddam cerimoiale vt aſſignatō diei ſeptimi q̄ figurabat tropologice ceſſationē a pctō. allegorice quietē corpis xp̄i in ſepulchro. Anagogice requiē eternam in celo. Unde ſm qđ ſabbatū dr̄ requies ſiue vacatio ad deum: ſic dies dñica pt̄ dici dies ſabbati: ⁊ q̄lʒ dies ſtatuta ad diuinam venerationē q̄bus ceſſandum eſt ab ope ſeruili. i. a pctō et ab opere impediente vacationem ad deum.

k ¶ Diuino cultui. i. veneratiōi ſiue religiōi quā credentes exhibemus deo.

l ¶ Diebus dñicis. i. feria ꝓma que iō dr̄ dñicus dies: q̄ illo die dñs reſurrexit. lxxv. di. quod in die. ⁊ quicq̄d inſigne a dño cōſtitutū eſt illo die factū ē vt ibi dr̄. ⁊ vt dicit canon die dñica nichil aliud agendū eſt niſi deo vacandū. Nulla opatio in illa die ſctā agatur: niſi tantū hymnis ⁊ pſalmis et canticis ſpūalib⁹ dies illa tranſigatur. de conſe. di. iij. c. ieiunia.

m ¶ Diebus ſolēnibus. de his habet̄ de ꝯſe. di. iij. c. j. et ex de ferijs. c. conqueſtus. Et ꝓ hoc vide. ſ. de ferijs. c. ex ſcripturis. et per totum.

n ¶ Auctoritate eccleſie. Pro iſto dic vt in remiſſionibus q̄s habes in gloſa ꝓxia: ⁊ bñ dicit auctoritate ecclīe: q̄ q̄dā ſūt ſolēnitates ſiue ferie q̄ nō indicunt̄ ab ecclīa ſed aliūde vicʒ a principibus ſclaribus q̄nq̄ ꝓꝑ victoriā habitā de hoſtib⁹ vel q̄ tali die vxorem duxit. Uel q̄ ei filius natus eſt. et he dicūt̄ ferie repētine de quibus ⁊ alijs habes ex de ferijs. ſ. qualiter diſtinguant̄ ꝑ Hoſtie. in ſūma. Ubi et habes ꝙ ferie ſolēnes q̄nq̄ indicūt̄ a ꝓncipibus ſed nō ob reuerētiā dei ſed alijs de cauſis.

o ¶ Quibus diebus. ſcʒ dominicis et ſolennibus.

p ¶ Uacandi. ſcʒ ab operibus ſeruilibus.

d ℂ Possessores bonoꝝ. hi em̄ appellatione pendēte licite re priuis possessa vtuntur dūmodo nichil illicitum vel dolosum circa eam in partis pciudiciū innouent vel imutent. ff. de rei ven. l. vtiq. in fi. et vt lite pendente. c. ij. viij. q. iiij. nōne. Alioquin si illicite vel fraudulenter circa possessionem rei de qua agitur aliqd attēptent p modū attēptati reuocabitur. extra vt lite pendente p totū. de appella. c. bone. ff. de edil. edcō. l. ediles. §. Item sciendum. de aqua plu. arc. l. Itē. §. officiū. ⁊ huic dicto concor. notata i clem. vlti. vt lit. pen. §. Innouari. p Jo. an. ⁊ concor. Paulus eo. §.

e ℂ Et alii. supple ab eis causam habentes.

Diuisio.

In concilio. Ista cōstitutio fuit Symonis Mepham. et hz duas ptes pncipales. In pma recitatiue ponit vnū statutū editū in dioc. Oxonien. cōtra appellatōes ad superiorem interponendas p subditos iurandū cū pena inde secutura. In scda ibi. Nos huiusmodi. reprobat illud statutum absoluens iurātes ab obseruatione ipsius iuramenti.

a ℂ Concilio. i. synodo. epi nanq in suis dioc. faciunt synodos. metropolitani vero cōcilia. extra de accus. c. sicut olim. Quīq tamen congregatio facta per episcopū dicitur cōciliū. xxxviij. di. c. quando. p quo vide §. de cōstitu. c. exterioris habitus. glo. j. ⁊ de consuetudine. c. j. §. synodali.

b ℂ Statutum. potest em̄ eps in sua dioc. statutū facere quo ligari debeāt sui subditi put legitur et notatur de maio. et obe. c. ij. ⁊ ibi p Ber. glo. j. ⁊ tale statutū dr canon epalis vt ibi dr. cui concor. qd legitur et notat. iij. dis. porro. xviij. di. in sūma. et xviij. dis. §. j. Et si tale statutum possit et debeat seruari sine scriptura plene disputatur p Jo. an. de regu. iur. c. nemo. li. vj. Nota tamē q cōtra canones nō pōt eps aliquid statuere. de offi. archipsby. c. ij. vbi de hoc p Hosti. in no. ⁊ ad hoc vide que scripsi §. de maio. et obe. c. j. §. iuramento.

c ℂ Grauamine iudiciali. scilicz illato p viā interlocutorie vt differat ab appellatione a diffinitiua vt sequitur. et potuit mouere ad sic statuendum quia a tali grauamine nō licet appellare nisi expressa causa. extra eo. c. vt debitus. et c. cum causam. vbi de hoc et perinde est nullam esse causam ⁊ esse vanam vel friuolam vt patet infra. §. friuole. ⁊ dicitur grauamen iudiciale qd infert alicui iudicialiter in aliquo actu iudiciali ⁊ in iudicio. de appel. c. cordi. §. iudicio. p cardi. et archidia. ⁊ dr iudicium ex quo quis citat⁹ est. de foro compe. c. penul. de offi. deleg. c. gratum. ⁊ intelligas de grauamine illato vel cōminato vt notat Jo. an. in no. dcō c. cordi. §. grauamine. A iudice nanq qui cōminat de his que ptinēt ad iurisditionē suā bn̄ tenet appellatio. alias non. ff. q metus causa. l. ij. ⁊ l. viij. §. j. et notatur p Innoc. de appel. c. cū cessāte. §. cōminādo.

In cōcilio 'Oxonien. quoddā dicitur emanasse statutū' quo inter cetera prohibetur q a nullo grauamine' iudiciali ante' diffinitiuā sententiā friuole' appelletur: quoqz' omnes aduocati et procuratores illius cōsistorii ad obseruationem huius' statuti astringi debeant vinculo iura-

d ℂ Ante diffinitiuam. potuit mouere statuentem id qd legit et notatur. ff. de appella. reci. l. ij. vbi apparet q ante diffinitiuā nō licet appellare ab interlocutoria si grauamen posset reparari p appellatōem a diffinitiua. ⁊ facit quod legitur et notatur. C. quorum appel. nō reci. l. ante snie. tu tamen vide qd dicam circa hō infra eo. §. statuti. et hic nota q ad hoc vt valeat appellatio in iudicio facta ante sniam diffinitiuam requiruntur decem. quorum si vnum defuerit nō valebit. Primū est causa grauaminis illati vel cōminati. de appel. c. cum cessante. Secūdum q causa sit legitima eo. ti. c. cum speciali. §. excessu. Tertium q causa sit vera eo. ti. c. interposita. Quartum q sit expressa eo. ti. c. cum causam. Quintum q non fuit admissa appellantis petitio vt notatur dicto c. interposita. Sextum q quia non admittebatur fuit appellatum. eo. ti. c. dilecto. et c. vlti. Septimū q fiat in scriptis. Octauum q petantur apli. Nonum q si appellatus hoc petierit veniat instructus appellans. hec tria colliguntur de appel. c. cordi. li. vj. Decimū q fiat infra decem dies. vt eo. li. et eo. ti. c. romana. extra de cōst. vlti. c. bone. de re iudi. c. cum inter. ⁊ c. qd ad cōsultationem fm Hostien. qui ita notat in dicto c. cordi. Et notatur ij. q. vj. c. non ita. §. dicta. p Archidi.

Ut va
appella
ali diffi
tiuam s
r. requi

e ℂ Friuole. Dicitur em̄ friuola appellatio que est vana ⁊ inanis. C. de rescind. ven. l. quisquis. Talis em̄ iniuriam facit iudici qui frustratorie ab eo appellat. C. quādo prouo. nō est necesse. l. vlt. ⁊ legitur ⁊ notatur. l. di. si quis prepostera. Et sic notat p archid. de appel. cum appellatiōibus. glo. j. li. vj. vel potest dici appellatio friuola quādo nulla cā est expressa vel nō legitima dato q sit vera vl' licet sit legitima est tamē manifeste falsa. sic notat de do. et contu. c. vnico. §. manifeste. in prici. glo. p Joh. an. in cle. Et ex hoc vt videt posset iustificari hoc statutum eo maxime q ēt friuolis appellatōib⁹ nec iusticia deferat nec sit a iudice deferend. sicut legitur in c. cū appellatōibus. e. ti. li. vj. Sed sup hoc dic vt habetur infra c. §. palliatur.

Appella
tio friuo
la.

f ℂ Quodcq. verb.

g ℂ Huius statuti. et sic in specie prestaretur iuramentū de seruādo hoc statutum. vbi videndum est Primo an de iure valeat tale statutum. Scdo an iuramētū virtute talis statuti prestitum sit obligatorium. Quo ad primū q valeat tale statutum videtur Nam episcopus in sua dioc. bene potest statuta condere et decreta facere. de cōse. di. iij. [illegible] j. di. catholica. de maio. ⁊ obedi. c. ij. vbi de hoc. et dixi. §. c. §. statutum. valebitq tale statutum inter subditos et eos ligabit maxime vbi huiusmodi statutum est iuri cōueniens. Cōuenit em̄ iuri ciuili qd phibet ante sniam nisi in certis casibus appellari. extra e. Super eo. ⁊ C. quorum appella. nō reci. l. ante snie. Et specifice cōgruit legi secūde C. de epis. audi. que expsse de clericis loquit. ⁊ ratio cōstat q hui⁹ legis magna est equitas que ad vitandos labores et sumptus pertinet ⁊ vult finem litibus imponi. de do. et contu. c. finem. et c. fi. Et temerariam appellantium audaciā refrenat. de elec. quis. in pn. li. vj. Preterea pactum ⁊ statutum multotiens in iure ad paria reputantur. de sepul. c. dudum. §. nos etem. ff. de pact. l. pacisci. et l. non impossibile. Sed appellationi non solum interposite sed

Qd iura-
mentum sit
obligatori
um ⁊ qd si.

mentiˀ et aliis in ipſo ſtatuto contentis: ſi cõtraˀ illud venerint affligendiˀ. Noſˀ huiuſmodi ſtatutū quod ꝛ ſi colore verboꝝ ſuperficialiter pallietˀ ad auferendū tamen oppreſſisˀ appellationis remediūˀ extitit realiter itroductū. Et quicq̄dˀ ex eo vel ob idˀ fuerit ſubſecutū penitus reprobamꝰ. Et omnesˀ illos qui ad hu

etiam interponende renūciari poteſt per pactum. ergo et per ſtatutum. de p̄mo patet. ij. q. vj. Si quis libellos. de offi. del. gratū. de teſtibus. cum veniſſet. de ſcdo patet. C. de temp. appel. l. vlti. ad fi. ff. qui et a qui. l. j. §. Si quis. et notatur de arbitr. cū dilectꝰ. in fi. ſcde glo. vbi de hoc ꝑ Jo. an. Item ꝯſimiliter ius ſcriptum ꝛ cõſuetudo ꝛ ſtatutū parificant. de iureiur. venientes. xj. di. in his. de cõſti. c. j. li. vj. de elect. q: ſepe. de ca. mo. c. vnico. eo. li. Sed ius ſcriptum q̄n q: prohibet appellari vt notatur ꝑ wil. in ſpe. de appel. §. j. q̄bꝰ. Appellatõ et an valeat vl' nõ iudicat ſ; ꝯſuetudinē ſup q̄ ſūdat. ex. de eo q̄ mit. i poſſ. c. cū veniſſet. Sic ergo pari forma erit in ſtatuto. ar. l. Itē cor. ff. quod cuiuſq; vniuer. no. in princi. facit ad idem de ꝯſue. cū dilectus. cū ſilibus. et ptē iſtam corroborare poteſt q: etiā a parte canonū friuolis appellationibus nõ eſt deferēdum. e. ti. c. cum appellationibꝰ. li. vj. Opponitur tñ ꝛ videt q̄ tale ſtatutū nõ valeat. Nam epũs nichil ſtatuere poteſt in ſynodo q̄d obuiet canonicis iſtitutis. ex. de ma. et obedi. c. quod ſup his. Sed canonica inſtituta ꝑmittūt grauatos appellare etiā ante ſñiam. ij. q. vj. in p̄n. ꝛ ꝑ totum. extra eo. ti. c. cum ſit. et. c. vt debitus. ꝛ ſufficit q̄ cā ſi eſſz ꝓbata deberet legitima reputari vt ptz dicto. c. vt debitus. Ergo ſtatutum epĩ. hꝰ ꝓhibens nõ valet. Nam inferior legem ſuperioris tollere nõ poteſt. de elect. c. ij. in cle. Preterea epĩ in preiudiciū iurꝰ etiam inferiorū ſtatuta facere nõ poſſunt. extra de locato. c. ij. Et vt ibi dicunt Inno. Hoſti. et abbas epũs etiam cū capitulo nõ poteſt facere ſtatutum in preiudiciū alioꝝ niſi hi quorum intereſt conſentiant vel ſaltem ſint preſentes. ergo a fortiori hoc facere nõ pñt in preiudiciū ſuperiorum. Et q̄ per ſtatutū nõ poteſt ledi ius ſuperioris patet de iureiur. venientes. q̄d etiam. c. loquitur in tali iure quod habet ſuperior. vt ſcz ad eum poſſit a grauaminibus appellari. Et q̄ appellationibus ad eū interpoſitis deferri debeat ꝛ bene facit ad hoc de offi. ordi. c. licet. Et hanc partem reputo veriorem tum rõne ſuperioris cuius ius in ea parte lederet per ſtatutum. tum rõne litigātis per interlocutoriam grauati. Nā hic preſupponit grauamē dum dicit a grauamine iudiciali. tum ratione abſurditatis inde ſecuture. q: ſi vnus epũs ſic poſſet ſtatuere. ſili modo poſſet hoc facere vnuſquiſq; et ſic vniuerſaliter fruſtraret ius cõmune. tum q: ſi teneret ſtatutum ſic epũs auctorizaret in facto ꝓprio vel ſui officialis cuius eſt idem cõſiſtoriū. extra eo. romana. p̄mo reſp̃o. Et q̄ non poſſit auctorizare in facto ꝓprio patet in clem. de re. eccle. nõ ali. c. ſi vna. ſcdo reſp̃o. vbi habes ꝯcor. ꝑ Joh. an. in glo. ij. Hanc materiam dilatare potes ꝑ ea que notant eo. ti. c. ſi. ſup glo. vlti. ꝑ Joh. an. in no. li. vj. vbi ſi volueris poteris colligere plura argumenta in eadē materia. et ſolutiones ꝯtrarioꝝ. Et ꝓ hac cõcluſione faciūt notata ꝑ Barth. i l. ſi. ff. de aqua plu. ar. vbi cõcluſionaliter dicit nõ valere ſtatutū q̄ nõ appellet vbi ſtatuens ſolam habet cognitionem in cā p̄ncipali ꝛ non in cā appellatõis: q: ſic ſtatuit ſup hoc q̄d non cadit ſub iuriſditione ſua. Secus tamē eſſet ſm eū ſi in. ij. ꝛ. iij. inſtantia poſſit cognoſcere. Quo ad. ij. queſitum vide. ſ. glo. ꝓxi.

b Juramenti. hic videndū eſt ſi tale iuramentum in caſu q̄ preſtitum fuerit obliget ipm iurantē. ea que dixi. ſ. glo. ꝓxi. faciunt pro ꝛ cõtra. nam ſi teneat ſtatutū quod eſt principale bene tenebit iuramentū q̄d eſt eius acceſſoriū. et ecõtra ſi nõ teneat nõ ligabit iuramentū. ar. regule iuris acceſſoriū. li. vj. ad q̄d etiā faciunt notata de foro cõpe. c. ſi diligenti. glo. ſi. Tu tñ latius circa hoc ſcias ſm doctores q̄ iuramentum illud quod derogat charitati nõ obligat iurantem ad obſeruandū id quod iurat. ꝛ quia omnia precepta diuina et conſilia ordinantur ad charitatē iuxta illud finis precepti eſt charitas. nullum iuramentum eſt obligatoriū q̄d derogat alicui precepto vel conſilio diuino. vnde cū quodlibet peccatum mortale deroget alicui precepto diuino q̄ eſt contra aliquod diuinū preceptum et etiam quodlibet peccatum veniale derogat alicui precepto diuino inquātum eſt quedam obliquatio a rectitudine preceptorum diuinorū et diſpoſitio ad mortale peccatum. ideo concluditur q̄ nullum iuramentum de faciendo peccatum aliquod mortale vel veniale eſt obligatorium. xxij. q. iiij. ſi aliquid. et. c. diffinitio. Similiter ſi iuramentum vergat in peiorem exitum non ligat. et dicitur vergere in peiorem exitum. vj. modis. Primo cum iuratur aliquid q̄d eſt mortale in ſe. Secundo cum iuratur aliquid quod eſt veniale in ſe. Tertio cum iuratur aliquid indifferens quod ex circumſtantia efficitur mortale vel veniale. Quarto cum iuramentum excludit opus pietatis ex charitate faciendum. Quīto cū excludit opus de genere bonorū. Sexto cum excludit opus indifferens pia intentione ꝓ deo aut ꝓximo faciendum ꝓut iſta no. d. c. ſi aliquid per arch. in princi. et ſumpta fuit hec glo. de Johan. in ſūma confeſ. li. j. ti. ix. c. xiij. vbi vlterius dicit idem Jo. q̄ in primis tribus caſibus iurans auctoritate ꝓpria poteſt contrauenire. Sed eſt ei imponenda penitentia pro temerario iuramēto. In reliquis tribus dicit q̄ quāuis huiuſmodi iuramenta non ſint obligatoria non tamen expedit ꝓpria auctoritate contrauenire. tum ꝓpter reuerentiam ſacramenti. tum ꝓpter ſcandalum quod exinde ſimplices incurrerent. Sed petēda eſt abſolutio a ſuperiore qui de facili tale iuramentum relaxabit vel potius oſtendet ſic iurantes non eſſe obligatos. Predicte ſententie ꝯcor. Thomas in ſūma. ar. vij. ꝛ in ſcriptis. arti. iij. q. j. Poteſt itaq; ex premiſſis concludi q̄ cum tale ſtatutum non teneat vt ſupra dixi. ꝑ ꝯſequens iuramentum inde dependens et ei acceſſorium non poteſt obligare iurātem. eſt nanq; tale iuramētum nõ ſolum incautum ſiue temerariū: ſed etiam excludens opus pietatis quo releuari deberent oppreſſi maxime per ipſoꝝ procuratores et aduocatos qui ipſos clientulos grauatos per iuris remedia defendere debent que nõ ſunt ſubtrahenda. de excep. c. cum inter. ꝛ. c. ſignificauit. ꝛ excludit opus ſaltem indifferens pro ꝓximo faciendum. vnde per ꝯſequens non eſt obligatorium vt predixi.

q̄d iura- ... tum ſit obligatori um ꝛ q̄d ſi.

i Contra illud. ſcilicet ſtatutum.

k Affligendi. forſan pena limitata in ſtatuto: alias arbitraria. ff. de iure delibe. l. j. extra de offi. deleg. c. de cauſis.

l Nos huiuſmodi. ſecunda pars.

m Pallietur. i. induatur vel tegatur. eſt eñ huius ſtatuti palliatio multum colorata cuꝰ color elici poteſt ex his que dixi. ſ. c. §. ſtatuti. et multum rationabilis eē videt cum nõ ꝓhibeat indiſtincte appellari ante ſententiam. ſed dūtaxat friuole vt appareat ex verbis ipſius ſtatuti. et ad hoc facit extra eo. c. vt debitus. in prin. Sed aduerte q̄ diſcuſſio appellationis an ſit iuſta vl' iniuſta friuola vel non friuola non ſpectat ad iudicem a quo appellatur ſed ad iudicem ad quem. extra eo. c. cum ſit romana. §. ſi autem. ꝛ eo. ti. c. vt debitus. verſus finem. poſito ergo q̄ ex ſtatuto tali non liceret friuole appellare et hoc ſatis foret equum. tamen ꝑ tale ſtatutum ſatis conſtat preiudicari iuri ſuperioris ad quem ꝑtinet recipere appellatiões ad eū interpoſitas ex quacunq; etiam cauſa leui vel minima. extra eo. de appellationibꝰ eiuſdem iuriſditionem per hoc impediri et diminui quod eſſet iniquum vt ſupra dixi. §. ſtatutus. Sufficiet ergo iudici a quo q̄ non obſtante tali appellatione ſi ei non deferat / poteſt nichilominus in cauſa procedere vt patet dicto capitu. cum appellationibus. eo. titu. li. vj. vbi etiam patet q̄ non poteſt impedire appellantem proſequi appellationem ab eo interpoſitam. poteſt tamen nichilominus procedere quouſq; ſibi inhibeatur ꝓut ibi notat Card. in. §. preſumat.

Ad iudicē ad quē ſpectat diſcuſſio appellationis.

n Oppreſſis. contra illud. ij. q. vj. Omnis oppreſſus. et. c. ad romanam. extra eo. c. cum ſpeciali. §. porro.

o Remediū. q̄d eſſe nõ debet vt ptz in regula iuris indultum. li. vj. et eſſet cõtra ius naturale ſm q̄d licet vnicuiq; ſe ab iniuria defendere. ad q̄d fac. q̄d legit de re iud. c. paſtoral. §. piſan. a. i. cle.

p Quicquid ex eo. vtputa iuramenti de eo ſeruādo p̄ſtationē.

q Ob id. vtputa pene a ꝯfacientibus exactionem.

r Reprobamus. huius reprobationis effectus eſt vt nullum obliget in futurū tale ſtatutū. ad q̄d facit dictio penitus hic poſita que idem importat q̄ omnino / prorſus / vel ex toto: prout alias notatur de offi. ordi. c. ordinarij locorum. §. penitus. li. vj. per Archidiaconum.

ſ Et omnes. verſ.

t ¶ Absoluimus. videtur ꝙ talis absolutio non esset necessaria nam cū iuramentū tale non sit obligatorium: vt dixi. ſ. e. ℣. iuramenti. videretur non esse opus absolutione cū absolutio presupponat vinculum precedēs. Dic ꝙ ideo in hoc casu opus fuit absolutione. quia licet nō posset tale iuramentū firmare statutum quod editū est cōtra canones vt colligi pōt per doctores ex notatis ī regula iuris nō est obligatoriū. li. vj. tū nō esset expediens vt sic iurans scienter et voluntarie auctoritate ꝓpria ꝯtraueniret sicut dixi. ſ. e. d. ℣. iuramenti. ꝓpe fi. Nam iuramētū licet vsquequaqꝫ nō sit obligatorium: est tamen seruandum quousqꝫ vt satisfiat conscientie ꝓut notatur. xxij. q. iiij. ſi. ad petrū ꝑ Joh. ⁊ sic ista absolutio ad cautelas ⁊ de facto potius fit q̄ de necessitate. sicut alias legitur et notat͛ de iureiurā. c. cū quidam. in fi. ⁊ pōt exponi absoluim⁹. i. absolutos fore ostendimus. sic alias exponit. xv. q. vj. c. auctoritatem. in glo. adde dicas per archi. ¶ Et est hic notandū ꝙ regulariter nulli licet ꝓpria auctoritate venire contra iuramentum suū. et de elect. c. venerabilem. ℣. vltimo. Fallit tū in certis casibus. Primo qū eius obseruantia vergeret in dispendiū anime Scđo quādo vergeret in dispendiū oīm bonoꝝ vel maioris partis alicuius sine quibus non posset vitam tꝑalem agere. xxij. q. iiij. ℣. finali. in fi. Tertio quando tendit in deteriorem exitū. eadem causa et. q. c. si aliquid. Quarto si sit prestitum de re tertij. s. ecclesie per prelatū. extra de iureiuran. c. ij. de elect. c. nosti. maxime si sit prestitum ꝯtra primū iuramentū ꝑ cū factū de nō alienādo res ecclesie. Quinto si sit prestitum cōtra ius publicū auctoritate et vtilitate. extra de foro compe. c. si diligenti. Sexto quādo est prestitum cōtra primū iuramentū licitum. extra de iureiuran. c. intellecto. Septimo quando vis conditionis apposite h sustinet. e. ti. c. quēadmodum. quandoqꝫ etiā vrgentissima necessitas hoc inducit vbi scilꝫ superioris licētia haberi nō potest. xj. q. iij. antecessor. Item magna spiritualis vtilitas ꝓut notat Innocen. dicto. c. venerabilem. et facit in ar. extra de obseruatione ieiunioꝝ. c. consilium. Et de premissis videre poteris notata ꝑ wil. de iureiuran. c. romani. sup ℣. respondit in clem.

[illegible]

iusmodi obseruationē statuti prestiterint iuramentum absoluimus ab eodē.

¶ Explicit liber secūdus.

¶ Incipit liber tertius.

¶ De vita ⁊ honestate clericorum.

Stephanus in concilio Oxoniēs.

¶ Omnes prelati hac cōstitutiōe nominādi in habitu clericali ⁊ cappis clausis incedāt: nec quiuis clericoꝝ comatus aut in laicali vestitu nisi in casu legitimi timoris eat. Et oēs crapulā et ebrietatem vitare compellantur.

Ut clericalis ordinis honor debitus obseruetur p̄sentis cōcilii auctoritate decernim⁹ vt tam archidiaconi q̄ decani et omnes alii in personatibus et

Diuisio.

V ¶ Ut clericalis. Hec est ꝯstitutio Stephani archiepiscopi edita in ꝯcilio Oxoñ. ꝑmo. Et habet duas partes principales. In ꝑma ꝓuidet circa honestatem habit⁹ clericalis. In secūda ibi. Et crapula ⁊c. ꝓuidet circa eorum abstinentiam ⁊ honestatem contra vicium gule. Prima facit quinqꝫ. Nam ꝑmo ponit motiuū ad ordinanda. Scđo ibi. Presenti. ponit suū statutum circa habitum clericalem. Tertio ibi. Idem quoqꝫ extendit suum statutum ad personas prius non enumeratas quo ad certa loca. Quarto ibi. Et nec ipsi. ponit aliud statutum de coma non nutrienda et super honestate et congruentia tonsure. Quinto ibi. Nisi forte. excipit a prius statutis quo ad transformationē habitus. pars autem huius est infra titu. ꝓximo. c. j. de testis. c. j.

Ordo diffinitio.

b ¶ Ordinis. dicit Hugo de sancto victore ꝙ ordo est signaculū quoddam sacrum in quo spiritualis potestas traditur ordinato ad officium. et s̄m Petrum in scriptis super. iiij. senten. distin. xxiiij. actus exterior dicitur signaculum. effectus interior dicitur potestas: sed executio illius potestatis dicitur officium. ⁊ vt volunt theologi quasi omnes solum sunt. vij. ordines videlicet hostiariatus/ lectoratus/ exorcistatus/ acolitatus/ subdiaconatus/ diaconatus/ et presbyteratus. Unde s̄m eos prima tonsura que vocatur psalmistatus non est ordo sed solum dispositō ad ordines. sic etiam episcopatus s̄m eos non est ordo inquantum sacramentum sed dignitas. cui sententie concor. notata ꝑ Archi. xxj. di. cleros. glosa adde quicquid dicatur. Ordo nāqꝫ sumitur multipliciter. Nam aliquando est nomen dignitatis ⁊ sic episcopatus dicitur ordo. Aliquādo est nomē officij et sic psalmistat⁹ dicitur ordo. Aliquando est nomen spiritualis potestatis et sic diaconatus dicitur ordo. et hoc vltimo modo accipitur quando ordo dicitur sacramentum sꝫ quē modū psalmistatus nō est ordo sꝫ officiū quoddam annexum ordini lectoris. Nam lector legēdo excitat intellectū sed cantando deuotionē affectus. Et sic recitatur ꝑ archidia. dicto. c. cleros glosa adde hoc tenent. Prefate tamen sententie quo ad primam tonsurā obuiat expresse textus in. c. cum contingat. in fi. extra de etate et qualita. vbi patet ꝙ in prima tonsura confertur ordo clericalis et est ille ordo certus in ecclesia dei per quem datur officium cantandi in ecclesia prout ibi notat Hostien. glo. j. Unde et tonsura clericalis appellatur. de etate et qualita. c. nullus. li. vj. et de priui. c. abbates. eo. li. et pro hac opinione facit quod legitur dicto capitu. cleros. in princi. et quod notatur in prohemio. li. vj. ℣. Episcopus. per Johan. an. vbi ponit. ix. esse ordines in ecclesia dei inter quos enumerat psalmistatum et episcopatum vt ibi patet. et ibi notat Johan. de deo dicto cap. cleros. ℣. psalmista. et idem Hostien. vbi ſ. et concor. Archidiaco. de tempo. ord. c. nullus. ℣. tonsuram. li. vj. Et de hac materia etiam et ꝙ tam psalmistatus q̄ episcopatus sūt ordines in ecclesia clare notatur de ord. ab episcopo qui renū. episcopa. ℣. j. in princi. per Hostien. in summa. Hic vide q̄d dicam infra de eo qui fur. ordi. reci. c. j. ℣. ordinibus.

Ordines vij. sꝫ aliquos.

Ordo v rie sumi

Ordin ix. sꝫ Jo an.

c ¶ Decani. scilicet ecclesiarum cathedraliū. et nota hic ꝙ arguēdo ex ordine scripture huius dignior est Archidiaconus q̄ decanus. hoc idem probatur ex locatione tituloꝝ in antiquis vbi primo agitur de officio archidiaconi et postea de officio archipresbyteri. Et vt legitur de officio Archipresby. c. j. Archipresbyter qui idem est ꝙ decanus subesse debet in omnibus mandatis archidiaconi. Ubi pro huius maioritatis declaratione dicit Ber. ꝙ Archi. maior est dignitate non tamen ordine. Innocenti⁹ hoc intelligit verum vbi Archidi. maior est de consuetudine. et ī his que ad ipsius officium de iure vel consuetudine pertinent. Hostien. intelligit Archidiaconum fore maiorem ratione iurisditionis et extra ecclesiam et in hoc decanus sibi subesse debet. Sed infra ecclesiam et in celebratione diuinorum et quo ad ordinem archidiaconus debet subesse decano. Si tamen archidiaconus esset presbyter quod esse potest. tunc tam ratione ordinis q̄ iurisditionis precelleret decanum. Sed in his omnibus consideranda est ecclesiarum cōsuetudo s̄m quā decanus simpliciter loquēdo maior est archidiacono vel ecōtra. ⁊ sic notat Joh. an. in no. dicto. c. j. in fi. Post Hostiē. qui dicit ꝙ diuersis respectibus vnus est maior alio: super quo potes ibi videre exempla.

An archi dia. sit ior dec et in q

d ¶ Personatibus. vt sunt nō solum predicti sed etiam alij inferiores prelati vt notat archid. de rescript. c. statutum. ℣. personarum. sed melius de consuetudi. c. j. ℣. officia. li. vj. Et circa hoc vide quod scripsi supra de presumptis. c. vnico. ℣. personatum. ⁊ vide quod dicam infra glosa ꝓxima. Hic tamen nota vltra premissa ꝙ quicunqꝫ habet dignitatem habet personatum sed non ecōuerso prout notat archidia. dicto capitu. j. ℣. officia. ad finē glose. vbi etiam dicit ꝙ persona dicitur quandoqꝫ curator alicuius ecclesie parrochial. extra de consuetudi. c. ex parte. de appella. c. ꝑsonas. ⁊ tales non sunt in dignitatibus ꝯstituti. ad q̄d facit. j. q. iij. ꝯstitui. Quis dicant ꝑlationis officiū ī ꝓch. ecclia exercere. cꝫ dignitatibus[e] conſtituti. Itē[f] oēs decani rurales et preſbiteri decenter[g] incedant i habitu[h] clericali ⁊ cappis[i]

de cle. egro. c. tua. Secus tñ dicit in archipreſbiteris ⁊ prepoſitis et decanis parrochialiū eccleſiarū. de quibus habetur. l. di. in capite. nam illos dicit in dignitate cōſtitutos. ad quod allegat de offi. ordi. cum ab eccleſiarū. de preben. c. cū olim. Eſt enim iſtud nomen perſona vulgare anglicorū. prout legitur et notatur de inſti. cum veniſſent. in ꝓuincia vero tales vocantur priores. In terra laboris appellantur abbates. et de talibus ꝑſonis loquitur textus de offi. vica. c. ij.

e ¶ Dignitatibus. Circa hoc vide quod dicam. j. ℣. officiales. ad fi. Et nota ꝙ perſonatus ⁊ dignitas fere ſupponunt pro eodem niſi ſit alicuius loci conſuetudo in contrariū vt notat Cardi. de elec. vt circa. ℣. perſonatuū. li. vj. ⁊ de eis vt dicit idem iudicium eſt habendum. extra de elec. c. dudum. ij. de preben. c. de multa. et dicit. fere ꝓpter perſonatus prout vulgariter ſumūtur in anglia. Nam tales perſonatus non ſunt dignitates ſm̄ Innoc. dicto. c. de multa. glo. fi. ⁊ hec tria dignitas / perſonatus / et canonia quādoq; equiparantur. de elec. c. j. li. vj. Alibi equiparātur dignitas perſonatus ⁊ beneficiū cum cura animarū. extra de fili. preſbit. c. nimis. alibi beneficium curam habens / ⁊ perſonatus. de elect. c. dudum. ij. Alibi perſonatus / ⁊ ordo preſbiteralis / extra ne cle. vel mo. ſuper ſpecula. §. quia vero. Et pro eo qꝺ hic dicit dignitatibus ⁊c. nota ſm̄ Cardi. qui ſic ſcribit de elec. c. ſi forte. ℣. dignitatem. li. vj. ꝙ appellatione dignitatis continetur omne beneficiū: cum dignis beneficia conferri habeant. de reſcrip. c. cum adeo. Et a digno deſcendit dignitas que hominibus integri ſtatus conferri debet. C. de dignitatibus. l. iij. li. xij. Et hoc verū puto large ſumpto vocabulo dignitatis. Nam proprie loquendo de dignitate ordo epiſcopalis dicitur dignitas. liiij. di. ſi ſeruus ℣. ordo epiſcopalis. de tranſla. epiſco. c. inter corporalia. de hereti. c. ad abolendam. §. ſtatuimus. ℣. ciuitas. Sic etiā abbates dicitur eſſe in dignitate vt notat Inno. dicto. c. de multa. gloſa fi. Item prior conuentualis dicit habere dignitatem. de reſcrip. c. et ſi pĩcipalis. in clem. Item officialis epī. vt ibi patet in textu et per docto. iuncto. c. ſtatutū. de reſcrip. li. vj. Circa quod vt plenius inſtruaris vide notata per Jo. an. in no. dicto. c. de multa. ℣. perſonatus. vbi inter cetera dicit ꝙ dignitas debet intelligi ſm̄ inſtitutionem primeuam vel conſuetudinem in ea parte obſeruatam vt videlicet illa dicatur eſſe dignitas q̄ pro tali in eccleſia habetur et nominatur. et idem intelligit de perſonatu. Paulus vero in dicta clem. ij. de eta. et quali. ℣. dignitatis dicit ꝙ dignitas in larga ſignificatione ſm̄ quod eſt quedam preeminentia in gradu comprehendit perſonatū. tamen ſtricte ſumpta accipitur pro epiſcopatu et maioribus. Cognoſcitur vero vt dicit primo ex adminiſtratione rerum eccleſiaſticarū cum iuriſditiōe lxxxix. diſt. volumus. Et hoc intellige verum quādo adminiſtratio ſibi aſſignatur ꝑpetuo. Secus ſi ad tēpus. vt no. Jo. an. de preben. c. de multa. Secundo, cognoſcitur ex nomine et prelatione quam habet in choro ⁊ capitulo. de conſti. cum acceſſiſſent de conſue. cum olim. Tertio ex conſuetudine loci. xij. di. conſuetudo. perſonatus vero vt dicit ibidem in glo. ſequenti cognoſcitur ex prerogatiua quam habet in capitulo. In optionibus / proceſſionib⁹ / vocibus dandis / ⁊ ſimilibus. Et hic nota ꝓ declaratione premiſſorū ꝙ vbi a iure imponitur nomen beneficio quod ſonat in nomen dignitatis: illū beneficiū cenſebit dignitas. Et in inferioribus ep̄s ius nō imponit nomen dignitatis ſonās in dignitatem niſi archidiaconis ⁊ archipreſbiteris propter iuriſditionem ⁊ preeminētiam quas habent ſuper alios ⁊ preſertim in ſubditos ⁊ in perſonas eccleſiaſticas vt patet expreſſe in titulo de officio archid. et de offi. archipreſbi. immo licet archidiaconi nullam haberent iuriſditionem ex conſuetudine: tamen ratione nominis ſonat in dignitatem vt predixi. Et hec eſt concluſio dn̄orum de rota concluſione. lxij. Ex predictis deciditur an perſonatus ſit dignitas necne. quia conſiderare debemus an in eo concurrat aliquod ſignū de ſupradictis nam tunc dicetur dignitas. alias nō. Unde propter prerogatiuam in choro ⁊ capitulo in optionibus proceſſionibus et vocibus dandis ⁊ ſimilibus plus q̄ alij canonici eiuſdē ordinis. Minus tamē q̄ alij dignitates habentes qui in predictis ꝓrogatiuis preferūtur eiſdē non dicentur habere dignitatē ſed perſonatum. Et ſic intelligi poſſunt iura que ponūt dignitatem et perſonatū vt diuerſa. Ex his etiā deciditur de officio an ſit dignitas conſiderando an in eo concurrat aliquid ex ſignis predictis. Et ideo iura quandoq; dicunt officium dignitatem vel perſonatum. j. q. iij. epiſcopus. de cleri. non reſi. c. iij. de conceſ. preben. c. ij. Quādoq; litigare dicitur officium. xvj. q. j. de preſentium. in fi. Item is cui commiſſa eſt diſpenſatio habꝫ officium vt patet in prohemio libri ſexti. Item habens dignitatem ſecularem vel tabellionatus. de hereti. c. vt officium. §. ad conſcribendas. li. vj. Item prepoſitura dicitur officiū. de elec. c. dudū. j. Item plebania. de ſta. mo. qꝺ dei timorem. Et ideo quādoq; officium ponitur vt differens a dignitate et perſonatu. de preben. quia ſepe et. c. fi. li. vj. Dicitur etiam quandoq; officium ſimplex ſcilicet quando quis habꝫ adminiſtrationem aliquarū rerum ſine aliqua ꝓrogatiua chori vel capituli vltra alios ſui ordinis ſicut ſunt prepoſiti quarūdam eccleſiarum. Et idem ſi quis habet id cui eſt onus annexū ſine honoris prerogatiua vt ſunt ſindici procuratores et huiuſmodi: de quibus. j. q. iij. ſaluator. Item vicedominus. lxxxix. diſt. officium. Si autem habet quis officium cum iuriſditione vt camerarius pape dici poteſt dignitas. ff. de offi. ꝑfecti auguſta. l. j. ff. de officio preſidis. l. legatus. Ex his etiam deciditur quid de plebanis prioribus ⁊ alijs ſimilibus. quia ſi preficiūtur eccleſijs collegiatis ⁊ ipſi ſint caput eccleſie ⁊ habeant preeminentiam et iuriſditionem in canonicos eccleſie ⁊ illi teneantur eis obedire dicūtur habere dignitatem. facit ad hoc de offi. ordi. c. cum ab eccleſiarū. Et ita dicunt domini de rota in loco ꝑalle. Et pro hoc facit quod notāt doctores de ꝓben. niſi eſſent. ⁊ in clem. ⁊ ſi principalis. de reſcrip. vbi diſtinguūt de prioratu ſi ſit dignitas an ſit collegiata eccleſia vel non. Et hec materia notatur de conſuetudine. c. j. per Dominicū de ſancto geminiano poſt Jo. an. ⁊ alios li. vj. De hac materia ſcilicet quot modis ſumatur dignitas notatur per Bern. de reſcriptis. c. ſedes. ℣. dignitates. de cle. non reſiden. c. iij. ℣b. dignitates. per eūdem. liij. di. denique. glo. j. per Jo. et vide vltra hoc quod dicā. j. de conceſ. preben. c. j. ℣. dignitates.

ppellati de digni conuenit omne bñfi um.

Officiū varie ſumit.

f ¶ Item omnes. ℣.

g ¶ Decenter. hec decentia habere poteſt reſpectū ad formam. vt. j. e. c. prox. Item ad longitudinem breuitatē ſtrictitudinem vl' amplitudinem veſtiū. j. e. c. exterior habitus. in prin. ⁊ ad alia que hic ⁊ in dictis capitulis videre poteris.

h ¶ Habitu clericali. Iſte habitus quo ad colorem non erit rubeus neq; viridis vt legitur extra eodem. c. clerici. ⁊ hoc intelligas verum. cauſa iactantie ſeu voluptatis. Nam vſus veſtiū ſeu ciborum non culpatur ſed iactantia ſiue voluptas. xli. di. c. ij. ⁊ c. parcimoniam. vnde ſm̄ regionis conſuetudinem his veſtibus vti poſſunt clerici ita ꝙ nimis fulgidis nec nimis ſordidis veſtibus ſe ornent quia conformare ſe debent moribus illorum cum quibus viuunt. xli. di. c. j. §. vlti. Et ſic notatur eodem titulo. §. ij. ℣. Item conſiſtit in habitu per Hoſtien. in ſumma. et vt dicit Jo. an. ſuper dicto. c. clerici. quare magis dicti colores prohibeantur q̄ alij ratio reddi non poteſt. vt. l. non oīm. ff. de legibus. Erit etiam iſte habitus de panno plano non ℣gato nec partito ſicut legitur eodem titulo. c. ij. in cle. Ubi cōtrarium facienti imponitur pena quam ibi videre poteris. ⁊ ibi in fi. prohibetur ne clerici maxime beneficiati publice vtantur caligis ſtaccatis viridibus vel rubeis. pena tamen ꝓcedens in eodem. c. ſuper hoc nō artat vt vult ibi Jo. an. ℣. ſanctioni. qui etiā notat in cle. de elect. gloſa fi. ꝙ licet certi colores ⁊ forme prohibeantur clericis vt ſupra dictū eſt. tamen nō habent certū habitū eis deputatū nec in colore nec in forma. et ideo poſſunt qualiſcūq; veſte vti eorū ſtatui congruenti dūmodo eis non ſit expreſſe prohibita. ⁊ concor. wil. in. d. c. ij. in fi.

Nō de decētia veſtiū in clericis.

i ¶ Cappis clauſis. cōcor. dicta decre. clerici dum dicit deferant clauſa deſup indumenta. ſed ꝓpinquius q̄ in terminis in cōſtitutione othonis Quoniam de habitu. et conſtitutione octoboni Cū ſancti. §. ſtatuimus. ℣. qui autē. ⁊ dicitur cappa a caput quia eſt ornamentū capitis. vel dicitur a capio capis quia quaſi totum hominem capiat ſm̄ Januen. ⁊ concor. notata de ſta. mo. c. ne in agro. ℣. cappā. per Jo. an. in clemē. ⁊ eodem. ℣. per Pau. Iſtud itaq; vt ſcilicet certi viri eccleſiaſtici vtātur cappis clauſis trina vice ſtatutū eſt. primo ꝑ Stephanū Cantuarien. archiepm vt hic. Sedo per othonem ſe. ap. legatū vt in dicta conſtōne q̄m clausis vtantur. Idē[h] quoqȝ obseruent officiales[l] ipsoꝝ archidiaconorum cū fuerint i ꝯsistorio[m]. Et nec[n] ipi[o] nec alii clerici[p] comam[q] nutriāt[r]: sȝ honeste tonsi[s] et coronati[t] cōuenienter[v] incedāt nisi forte[x] iuxta causa timoris[y] exegerit habitū trāsformari[ȝ]. A crapula[⁊] quoqȝ et ebrietate[a] ⁊ aliis q̄ bonestatem eorum deformant[b]

de habitu. Tertio per octobonū etiā se. ap. legatū in dicta ꝯstōe cū sancti. Sed tn̄ vt experiētia rei docet nō obseruat quo ad hoc sicut nec quo ad plura alia vbi posset dubitari an nō obseruātes peccent vel nūquid nō obseruātia poterit tales excusare Joh. de athona in dicta ꝯstōne qm̄ de habitu. v. capis claus. ponit ꝓ fundamēto q subditi nō admiserunt has constitutiones et propterea arguit q per eas non artantur. allegat ad hoc. iiij. di. §. leges. ⁊ c. deniqȝ. in fi. ⁊ no. p Ber. ⁊ Innoc. de treu. ⁊ pace. c. j. Subsequēter ponit vnā distinctionē cuius effectus est q in ꝯstōe preceptoria Si maior pars cōitatis ipsam obseruet nō obseruātia minoris partis nō excusat nec ipedit artatiōēȝ ꝯstōis. xvj. di. qd̄ dicitis. lxxxiij di. proposuisti. §. fi. ⁊ hoc verū nisi legislator scienter hoc toleret. xxviij. di. de syracusane. §. fi. si vero a nullis acceptet tn̄ eius non obseruantia vel nō acceptatio generat scandalū vel inducit peccatū vel subuersionem bonorū morū tūc nō obstante tali nō vsu bene tenet ⁊ artat ꝯstō. Secus tn̄ est si ꝯstō ipsa nō essȝ scādali vel peti inductiua vel occasio subuersionis bonorū morū. nam tunc nō obseruātia bene excusaret saltē a pena ipsali vt no. d. c. deniqȝ. cle. ar. q. Ubi vero nō obseruātia ꝯstōis nō est occasio scandali vel peccati nec tendit ad subuersionem bonorū morū: tunc vbi ipsa ꝯstō hȝ penā annexā artat etiā nō admissa qr in hoc casu vsus cōtrarius semp est dānatus dū tn̄ statuens sit talis qui hȝ ptātem statuendi. sic stat. c. j. de vi. ⁊ ho. cle. in clem. ⁊ idē intelligit si statutū interdicat vsum vel cōsuetudinē ꝯtrariā. licet pena executiua nō sit annexa. ar. C. de furtis. auten. nauigia. C. de vsuris. l. eos. si vero nō habeat penā annexā nec vsus cōtrarius in ipsa ꝯstōne reprobat tunc cōis obseruantia ꝓualet ꝯstōni et excusat. sic stat iiij. di. leges. ⁊ facit ad h̄ de eta. ⁊ qli. c. gnālem. in cle. vbi de hoc p vel i pn̄. huic dicto ꝯcor. Jo. de atho. adde qd̄ dixi. s̄. de sac. vnct. c. iiij. v. reluctātes. ⁊ de ꝯstōibus. c. j. v. mādamus. ⁊ v. obseruari.

h ¶ Idem quoqȝ. vt.

l ¶ Officiales archidiaconorū. aduerte q ista ꝯstitutio ꝑ vtā decreti astringit ad gestandū capas clausas archidiaconos ⁊ decanos ⁊ oēs in psonatibus ⁊ dignitatibus ꝯstitutos. Itē decanos rurales ⁊ pbros gnāliter. officiales etiā archid. spāliter cū fuerint in cōsistorio de qbus estimo q hic facit mentionē spālem vt ponat drām inter eos ⁊ officiales epoꝝ qui ꝯphendunt sub his qui in dignitate sunt vt dixi. s̄. de sequestra. pos. ⁊ fruc. c. frequens. v. officiales principales. sub qua tn̄ nūcupatione dignitatis nō cōprehendunt officiales archidiaconorū nec etiā sub noīe psonatus nec decanatus nec psbiteratus cū sepius cōtingat nōnullos archidiaconorū officiales fore absqȝ ordine sacerdotij cōstitutos. Insuper aduerte q quo ad hoc qd̄ hic dicit de vtēdo capis clausis cōstitutio Othonis que incipit Qm̄ de habitu. hoc extendit non solū ad psbiteros vt hic sed ad constitutos in sacris ⁊ sic ad diaconos et subdiaconos. Constitutio vero octoboni q̄ incipit Cum sancti. hoc limitat solū ad cōstitutos in sacerdotio ad decanos ad archidiaconos et ad dignitates quibus imminet cura animarū. Unde que istarū constitutionū alteri preualeat est videndū. Et puto quālibet valere nec vni per alteram derogari cum in nulla earū sit aliqua clausula alteri constitutionū predictarū derogans. sed quod in vna minus dicitur in alia exprimitur. Nam legū correctio est vitanda. de elect. c. cū expediat. li. vj. cum cōcor. ibi positis. Credo tn̄ q hoc quod hic dicitur de dignitatibus in genere specialiter declaretur per constitutiōnem octoboni Cum sancti. vt s. intelligatur de dignitatibus habentibus curam animarū vt ibi dicitur. Et ad huius materie clarioreȝ notitiam videas notata per Cardi. de cōsti. c. j. v. reuocare. li. vj.

m ¶ In consistorio. ⁊ sic alibi ad hoc nō artantur nisi quatenus sunt de numero aliorū hic nominatorum.

n ¶ Et nec. vt.

o ¶ Ipsi. s. superius recitati.

p ¶ Clerici. s. quicūqȝ vt sic includat etiam habentes primā tonsuram dūtaxat. de eta. ⁊ quali. cū contingat. de foro cōpe. c. ij.

q ¶ Comam. i. capillos. simile habes extra. e. ti. c. clericis. et. c. si quis. et. c. clericus.

r ¶ Nutriant. q si contrafecerint inuiti per suū archidiaconū tondeantur. extra. e. c. clericis. ⁊ xxiij. di. clerici.

s ¶ Tonsi. hec tonsura sic fiet vt aures sint patentes. xxiij. di. non liceat. ⁊ hoc si religiosus sit altius. si secularis dimissius. Et sic q inter presbiterū et alios inferiores sit differentia prout notat Hostien. extra. e. clerici. v. congruentem.

t ¶ Coronati. rasura superior ⁊ tonsura inferior faciunt de circulo capillorū coronam. De hoc vide quod dixi. s̄. de offic. ordina. c. ij. v. coronam.

v ¶ Cōuenienter. scilicet sm̄ moduȝ quem dixi. s̄. v. tonsi. Et faciūt ad hoc notata per Paulum. e. ti. c. ij. v. clericalem. in clem.

x ¶ Nisi forte. excipit ab eo quod supra dixit de clericali habitu ferendo.

y ¶ Timoris. simile habes extra. e. clerici. vbi Hostien. idem intelligit de quacūqȝ iusta causa. et cōcor. ibi Jo. an. in no. v. necessitatis. ⁊ vide quod dicam. j. glo. pxi.

ȝ ¶ Transformari. Hic nota q causa peregrinationis vel alia honesta licitū est clerico habitū transformare et laicalem accipere vt patet dicto. c. clerici. Et cōcor. xxj. q. iiij. epi. Monachus vero vt vult Hostien. de statu mo. §. ij. in summa In omni casu debet ferre habitum suum etiam si epūs sit vt pȝ dicto. c. clerici. ad fi. et hoc verū nisi scandalū generaret vel loca minus tuta transeat. nam tunc superius potest mutare habitū ⁊ se aliis cōformare sȝ vestem ꝓpter carnem non derelinquet nam sub superiori tenetur ipsm deferre quātum ꝯmode poterit. Et sic intelligit dictū. c. clerici offi. et tabernas. et. e. ti. c. deus qui. ¶ Sed nūquid licet clerico in tali casu transformare tonsurā sicut ⁊ habitū: videtur q non: qr hic et in dicto. c. clerici. textus tn̄ loquit de transformatione habitus. Unde si legislator idem voluisset de tonsura hoc dixisset. ar. ad hoc de decimis. ad audientiā. Sed puto contrariū esse verū a paritate rationis. ff. ad. l. aquil. l. illud. Et ad hoc faciunt notata extra. e. ti. c. si quis ex clericis. vbi de h̄ per Ber. Nā vt ibi pȝ in textu clericis comam relaxare nō licet. Fallit tn̄ in causa iusta vt ibi patet in glosa.

An lic
clerico
bitū m
formar

Quest

⁊ ¶ A crapula. secūda pars. Et hic nota q crapula dicit nimie comessionis voracitas. de cōse. di. ij. si quis. quasi cruda epula qua stomachus grauatur. iiij. di. deniqȝ. vj. di. testamentum. Et simile habes extra. e. a crapula. Et scias q crapula sumitur quādoqȝ ꝓ excessu in cibo de quo ecclesiastici. xxxvij. dicit. propter crapulam multi perierunt. Et facit de cōse. di. v. nichil. Quādoqȝ ponit pro excessu in potu ⁊ cibo simul. ad Roma. xiij. non in cōmessationibus ⁊ ebrietatibus ⁊c.

Crapu

a ¶ Ebrietate. sic dicta ab e. quod est extra vel sine ⁊ bria quod est mensura. i. sine mensura. Quomodo aūt ex ebrietate multa mala sequunt notat Aristo. li. vj. secretoꝝ. nā obscurat intellectū: impedit sensum: turbat cerebrū: debilitat virtuteȝ naturalem: generat obliuionem: omnes quiqȝ sensus ledit quibus regit et dispergit tota operatio corporalis: appetitū fugat. iuncturas corporis debilitat: tremorem membrorū generat: lippitudinem oculorū obscurat: calorem accendit circa epar ⁊ eius sanguinē grossum reddit: corporis colorem denigrat. Exinde etiā veniūt timor ⁊ tremor et horror et in somnis locutio: fantastice visiones: corruptio oris: debilitatio genitaliū: destructio sensus: abhominatio stomachi. holem distemperat: corruptionem generat: corporis grossitudinē ⁊ sepius leprā inducit. hoc viciū detestat Augꝰ. sic dicens. Ebriosus inqt cū absorbet vinū absorbet a vino. Abhominat a deo. despicit ab angelis. deridet ab hoībus. Itē Augustinus Ebrietas aufert memoriā. dissipat sensum. confundit intellectū. cōcitat libidinē. inuoluit linguā. corrūpit sanguinē. oīa mēbra debilitat. vitā diminuit ⁊ oēȝ salutē exterminat. De h̄ etiam vicio sic ait beatus Grego. Ebrietas est blandus demon. dulce venenū. suaue petīn. quā qui hȝ nō se hȝ. quā q̄ facit nō facit peccatū sȝ est totus peccatū. Igit ꝓpter pmissa ⁊ qr ebrietas est fomes ac nutrix oīm viciorū. xxv. di. ante oīa. clericis maxime vetatur.

Effect
ebrieta

b ¶ Deformant. reputa q cū laicis maxime in choro ⁊ i agēdis diuinis officijs nimiū misceant. extra. e. c. j. xvj. q. vij. in noua. deformat etiā honestatē clericalē tonsure incōgruentia vt supra pȝ

Item immodeſtia verborũ. Item rapidus ꝛ feſtinans inceſſus quia vt ait Auguſtinus Incõpoſitio corporis qualitatem indicat mentis. et inceſſus modo citus modo tardus inſtabilitatem demonſtrat. xli. di. §. viri. Conſiſtit etiam hec deformitas in vanitate habitus vt ſupra dixi. Item in mala ſocietate. quia ſepe cõſortia maloꝝ bonos mores corrũpunt. xxxviii. q. i. ſepe. preſertim in cohabitatione mulierũ. extra de cohabita. cle. ꝛ mulie. per totum. Itẽ deformatur hec honeſtas cũ clericus ſe immiſcet negociis ſecularibus. extra ne cle. vel mo. p totũ. Itẽ intendendo mimis ꝛ ioculatoribus. Item tabernas ingrediendo niſi tẽpore itineris. Item ad aleas et taxillos ludẽdo vel eiſdẽ intereſſendo. Item quocũq; ornatu ſuperfluo vtendo de quibus ꝛ aliis plura videre poteris notata extra. e. ti. §. ii. per Hoſti. in ſumma.

omnes[c] omnino clerici abſtineant ꝛ vigilãter[d]. Et ad hec omia ſtudioſius obſeruanda ſecundum formam generalis[e] cõcilii a ſuis ſuperioribus[f] diſtrictius cõpellantur.

Iohannes peccham.

Quilibet in ſacris cõſtitutus veſtem exteriorem a militari ꝛ laicali gerat honeſtate differentem: aut ab ingreſſu ſuſpẽdatur eccleſie. Statutũ autẽ legati cõtra clericos portãtes infulas aut tenas publice ratuz ſit ac publicetur cũ penarũ irrogatõe in tranſgreſſores.

* * *

Quamuis[g] religionis et infra[h] Statuto adherẽtes domini octoboni[i] quondã in anglia apoſtolice ſedis legati Ordinam⁹ et diſtricte precipimus vt quilibet clericus conſtitutus in ſacris[k] ordinibus veſtem exteriorem[l] gerat diſſimilem militari[m]: vel laicali[n] vtpote anterius ꝛ poſterius nõ birratam[o] vel ſaltẽ ex forma[p] ſua militari vel laicali congrua honeſtate diſſimilẽ[q]. Et qui[r] ſecus facere preſumpſerit quãdiu[s] forme contrarie habitum tulerit ab ingreſſu[t] eccleſie

c Omnes clerici. etiam primã tonſuram ſolũmodo habentes. Nam et hi clerici appellantur. extra de eta. ꝛ quali. c. cũ ꝯtingat.

d Et vigilanter. ſſ. nota q̃ dicit vigilãter. Nam vigilare debꝫ erga ſubditos cura ꝛ ſollicitudo prelatorũ. viii. q. i. in ſcripturis. de accuſ. c. qualiter ꝛ quando. ii. §. ad corrigendos. Sed cuz hec conſtitutio nichil lucri tẽporalis importare valeat in burſis prelatorũ pauci ſunt vel nulli qui eam exequãtur cum tñ vt cõmuniter prelati circa obſeruantiã illarũ conſtitutionũ multũ inuigilent quaꝝ pretextu pene alique pecuniarie a ſubditis leuari poſſint prout alias notatur in cõſtitutione othonis Quã de habitu. ſſ. clauſis capis. per Io. de athona.

e Generalis concilii. extra. e. c. clerici.

f Superioribus. ſuppleas habentibus ſuper eos iuriſditionem vt ſunt epiſcopi archidiaconi ꝛ eorũ officiales ac alii quibus de iure vel conſuetudine aut alias hoc incumbit prout notatur et exemplificari poteſt per doc. extra de offi. ordi. c. cũ ab eccleſiarũ vbi de hoc per Inno. Hoſtien. et Io. an. ꝛ quaſi per omnes.

g Quamuis. Hec eſt conſtitutio dñi Iohannis peccham edita apud lamberth. Et diuidit in quattuor partes. In pͥma adherendo ſtatuto octoboni prius edito ordinat de differentia habitus clericalis ab habitu militari vel laicali cũ appoſitiõe pene. In ſcđa ibi Et q2 recitat ſtatutũ prius editũ contra clericos publice portantes infulas ſiue tenas cum pena contra tales in eodem ſtatuto appoſita. In tertia ibi Nos huiuſmodi. tollit monitionem que prius requirebatur ad effectũ incurrendi penam prioris ſtatuti. In quarta ibi Mandamus. ſtatuit inquiri contra violantes eã q̃ ſtatuta ſunt. et q̃ contra eos in forma canonica procedatur.

Diuiſio

h Et infra. hic decidit vna longa aranga: de qua pꝫ in integra.

i Octoboni. ſ. in ꝯſtõne que incipit Cum ſancti.

k Sacris ordinibus. In hoc vt videtur iſta cõſtitutio differt a dicta conſtitutione octoboni. q2 ibi primo ſtatuit q̃ vniuerſi clerici gerant veſtes non breuitate nimia ridiculoſas vel notãdas ſed ſaltem vltra tibiarũ mediũ attingentes. Poſtea ſtatuit q̃ in ſacerdotio ꝛ etiã in dignitatibus curatis cõſtituti vtantur capis clauſis. Sed q2 inferiores clerici extra ſacerdotiũ conſtituti licꝫ forſan veſtes gererent non breuitate nimia ridiculoſas vel notãdas ſed vltra tibiarũ mediũ attingentes: eas tñ in forma habuerunt conſimiles veſtibus militũ ꝛ aliorũ laicorũ. Unde hoc hic prohibet ſaltem clericis in ſacris ordinibus conſtitutis. In his nãq; exigitur maior honeſtas. ar. C. de epiſ. et cle. l. preſbiteri.

l Exteriorem. Per hunc enĩ habitũ exteriorem habitus interior ſepe deſignatur vt legitur in conſtitutione octoboni Cum ſancti. in princi. Et ideo oportet hunc habitum talem eſſe vt in nullo corda videntium ſcandalizet vt ibi dicitur. Et ad hoc faciunt notata in. c. decus qui. extra. e. ti. vbi de hoc per Hoſtien. §. in vnum. et per Io. in no. gloſa hoc intendit. Et ſic ad habitum gerendum ſub habitu exteriori non extenditur iſta conſtitutio. faciunt ad hoc notata p Paulum in clem. ne in agro. de ſtatu mona. §. veſtis. Et ad premiſſa facit quod habetur in clemen. ii. iſto. e. ti. vbi prohibet clericis ſub certa pena ne veſte virgata vel partita vtantur publice quam tamen ſecreto gerere poſſunt non incurrendo penam vt volunt doctores ibidem. §. publice.

m Militari. vtpute cũ ſericis vel aureis intexturis aut aliorum colorum ornamento in veſtium ſummitate. quod clericis non licet maxime in ſacris ordinibus conſtitutis. xxi. q. iiii. omnis iactantia ad finem.

n Laicali. Exemplum ſtatim ſequit vtpote ꝛc. Et potes ponere exemplum ſm ea que leguntur infra eo. c. exterior. in parte deciſa que aſcribit veſtem notabiliter breuem vel ſtrictam potius militib⁹ vel laicis q̃ clericis fore congruentem

o Birratam. Birrũ ſm Ianueñ. dr̃ groſſum veſtimentũ. Inde birratus birrata birratũ. i. birro indutus. et iſto modo ſumitur xxx. di. c. ſi quis virorũ. vbi de hoc per Archidiaco. §. birris. Sed ſm iſtũ ſenſum dat intelligere q̃ clerici huiuſmodi non debeant vti veſtibus vilibus vel abiectis que ſint contra ipſorũ honeſtatez. Birrũ aliqñ ponit p gremio vt aliq intelligũt illud qđ legit de ſancto Bricio q̃ portauit prunas ardẽtes i birro ſuo licꝫ in dicto loco birrũ vt. ſ. dixi poſſis ſupponere p aliquo veſtimẽto de groſſo panno quo viſus eſt. vnde capiendo birrũ pro gremio poteſt eſſe hic ſenſus vt clerici non habeant veſtes ante et retro birratas. i. ſciſſas ſiue diuiſas aut complicatas ex qua ſciſſura ſiue plicatura multa fiant gremia. Ad qđ facit. xxi. q. iiii. precipimus. ibi ſuperfluitate fiſſure ꝛc.

Birram.

p Forma ſua. ſ. ipſius veſtis clericalis.

q Diſſimilẽ. ꝯtra. xxi. q. iiii. c. null⁹. et. c. ſe.

r Et qui. ſſ.

s Quãdiu. ſic ergo depoſita illa forma ceſſat pena abſq; relaxatione facienda per hoiem. pro quo vide plenius que dixi. ſ. de foro cõpe. c. i. §. ſatiſfecerint.

t Ingreſſu eccleſie. De tali ſuſpenſiõe loquitur. c. ſane. extra de offi. dele. de ſen. excõi. c. ſacro in princi. de ſen. excõi. c. is cui. li. vi. vbi patet q̃ taliter ſuſpenſus ingerens ſe diuinis in eccleſia in ſuo officio agens ſicut prius efficitur irregularis nec dꝫ talis niſi penituerit in eccleſia vel cimiterio ſepeliri. nec ſuſpenditur eius effectus per appellationem ſequentem. poteſt tamen talis extra eccleſiam celebrare diuina vt notat ibi Io. an. §. in ea. non incurrendo irregularitatem. Tales etiam ſuſpenſi ſcilicet ab ingreſſu eccleſie durante ſuſpenſione non debent eccleſiam intrare etiaz cauſa orandi. Ad quod facit quod legitur ꝛ notatur de peniten. di. i. c. qui ſanctus. ꝛ. xxiii. q. iiii. vir cũ ꝓpria. vbi de hoc in gloſa. ꝛ nõtur de offi. dele. c. q2 pontificali. §. ingreſſus per Archi. li. vi. In hac materia potes dicere q̃ ſuſpenſus ab ingreſſu eccleſie ad orandum in eccleſia tempore diuini officii vel per eã tranſeũdo ſine oratione non põt eam intrare. v. q. ii. c. ꝓſenti. ꝛ. d. c. is cui. qñ vero non celebrant diuina. nec cauſa orãdi ſed alias tranſeũdo p factis ſuis poteſt eccleſiam intrare ſm Inno. de ſen. excõi. c. ſacro. in hoc tñ Io. Caldrini in tractatu ſuo de eccleſiaſtico interdicto. ii. membro. ſſ. Sed querit. videt dicere ꝯtrariũ Innocẽs q̃ ſuſpenſus ab ingreſſu eccleſie nulla de cã põt eã intrare. vñ et ſepeliri in ea non põt vt. d. c. is cui. Sed hoc verũ niſi penituerit vt

Suſpẽſus ab igreſſu ecclie non audit appellans.

suspendatur[v]. Et quia[x] predictus legatus cõtra clericos portãtes insulas[y] aut tenas[z] corã prelatis aut coram populo publice[a] deferẽtes statuit Ut si moniti[b] minime se emẽdauerint ipso facto ab officio suspẽsionem incurrãt. in qua si per tres mẽses persisterint extũc[c] a beneficio[d] sint suspẽsi[e] a qua suspensione[f] absolui nequeant nisi data[g] sexta parte ecclesiasticorum[h] bonorum suorum per manus episcoporum[i] pauperibus[k] eroganda: nichilominus penis[l] aliis puniendi ad arbitrium prelatorum. Nos[m] huiusmodi statutũ aduertentes modice efficacie hactenus extitisse ꝓ eo ꝙ minores[n] prelati huiusmodi[o] clericos mõstruosos[p] monere non audent[q]. propter[r] quod in penas[s] a dicto legato statutas vidẽtur[t] pusillanimitatis[v] sue merito incidisse et raro clerici huiusmodi episcopoꝝ

sibi dicitur. nec obstat. c. preallegato cum. quia loquitur tñ de celebratione diuinorũ. et c. presenti. ṡ. alleg. prohibet auditionem: ⁊ sic referũtur ad tempus quo celebrãtur diuina. facit quod notatur j. q. i. studet. ⁊ sic extra tempus diuini officij potest intrare vt videtur. ⁊ sic no. Archi. de offi. del. c. Or põtificali. ṽ. ingressus li. vj.

v ¶ Suspendatur. s. per sententiã vt videtur. ar. notatorũ p Ber. et alios de foro cõpe. c. si diligẽti. ṽ. cũ impdat. Super quo vide q̃ñ nõui ṡ. de cõstitutio. c. j. ṽ. teneatur.

x ¶ Et quia. secunda pars

y ¶ Insulas. que vulgo coiphe dicũtur. vt patet in cõstitutione octoboni cum sancti. §. statuimus. Gess. in. c. ij. ex. c. i. cle. ṽ. insulã. nõ tñ insulã posse dici vestem põposã puta ad collũ extrinsecus circũquaq; foderatã. Alio sm̃ eũ insula idem est ꝙ coipha sm̃ vulgare quarundam regionũ. Et sz Jo. an. sumitur quandoq; ꝓ corona imperiali. C. de quadri. prescrip. l. fi. in fi. Quãdoq; ꝓ alba fasciola sacerdotalis capitis. ⁊ concor. Pau. ibi. in. ṽ. seu. wil. dicit ꝙ insula est vestis candida pro capite qua incedunt libẽter lombardi forata desuper varijs pellibus a parte inferiori per oram. Januen. dicit ꝙ insula est fasciola sacerdotalis capitis alba in modum diadematis a qua vitte ab vtraq; parte dependent que insulam intrant ex istis nichil aliud intelligere possum nisi ꝙ hic de quibus hic textus loquitur per visum insularũ ois ornatus capitis superfluus sit prohibitus maxime in forma superius expressata.

Insula q̃d sit.

z ¶ Tenas. tena sm̃ Januen. dicitur a teneo nes. ⁊ est tena vitta rũ extremitas dependens diuersorũ colorũ. Uitte autem sunt q̃ crinibus innectũtur quibus fluentes religantur capilli. sic dicte ꝙ vinciant. In dicta tamen constitutione octoboni cum sancti. videtur per glo. de athona in ṽ. coiphas. ⁊ ṽ. portare. ꝙ insula et tena supponunt pro eodem.

a ¶ Publice. sup. in capite. secus tñ essz si in sinu vel in crumena tali a gestauerit vt eis forsan vtatur de nocte vt nõt Jo. de athona in cõstitutiõne predicta cũ sancti. ṽ. portare. vñ et priuatim in camera sua poterit aliquis tali insula vel tena vti nullã incurrẽdo penã. ad quod faciunt notata per wil. de vi. et hone. cleri. c. ij. ṽ. publice. in clem. qui videtur sentire ꝙ tali insula vel tena sub capicio causa frigoris vel infirmitatis vti non sit ꝓhibitũ. Et predictis cõcor. Gess. ibidem. e. ṽ.

b ¶ Moniti. etiam vna monitione que sufficit ad constituendũ aliquem in mora siue dolo. ff. de edendo. l. quedam. §. his autem cũ glo. ⁊ hec monitio fieri debet per ordinariũ delinquentis vt infra apparet in ṽ℟. huiusmodi.

c ¶ Extunc. s. elapso spacio triũ mensiũ a tempore suspensionis ab officio.

d ¶ A beneficio. ex hac littera videt ꝙ suspensus ab officio non sit ex hoc suspensus a beneficio. circa cuius materie declarationem vide quod scripsi ṡ. de constitutiõi. c. j. ṽ. officio ⁊ beneficio ṽ℟. sed modo videamus.

e ¶ Sint suspensi. s. ipso facto sm̃ ea que scripsi ṡ. de cõstitutionibus. c. j. ṽ. teneatur.

f ¶ Suspensione. s. a beneficio. et idem intelligas de prima suspẽsione. s. ab officio ꝓut clare facit textus illius ꝯstitutionis octoboni cũ sancti. §. si qui vero. ibi ab hmõi sententijs ⁊c̃.

g ¶ Data. sic ergo requiritur ꝙ soluatur pena ante absolutionem Ratio est q: hic fertur sententia suspensionis propter offensam magis q̃ꝫ propter contumaciam. extra de ṽbo. sig. c. ex parte. j.

h ¶ Ecclesiasticorũ bonorũ. textus in dicta ꝯstõe cũ sancti. dicit de sexta parte reddituũ anni illius: sm̃ quẽ textũ opz hanc l̃ram intelligi. sed videt ꝙ nec vna littera nec alia põt rõabiliter stare. nã talis qui suspensus est a beneficio nichil ꝑcipiet de ꝓuentibus ipsius beneficij durãte ipsa suspensione maxime cũ etiã sit suspẽsus ab officio vt hic pz. ꝓ q̃ vide q̃ꝺ no. de elec. c. si cõpromissarius ṽ. beneficijs. p Archi. li. vj. ⁊ c. ti. c. gñali. ṽ. aliq̃d ꝑcipere. p eũdẽ. ⁊ est de appel. c. pastoralis. ṽ. subtrahũtur. p Ber. Quõ ergo ante relaxationẽ hmõi suspensionis possz rõabiliter dare seu soluere sextã partẽ reddituũ illius anni vel bonorũ suorũ ecclasticorũ cuz durante suspensione nichil de ipso beneficio ꝑceperit. põt dici ꝙ textus in dicta ꝯstõne cũ sancti q̃ loquitur de sexta parte reddituũ dz intelligi nõ quo ad ipsam rẽ sed quo ad valorem ⁊ estimationẽ quã hz soluere de bonis ante acquisitis. nã talia bona bene dicũtur ꝓpria ipsius bñficiati quo ad fidelẽ dispensationez vt no. Archid. de rescrip. statutũ. §. assessores. ṽ. de ꝓprio. li. vj. ⁊ sic põt intelligi l̃ra ista q̃ dicit bonorũ suorũ ecclesiasticorũ. vel circa hoc dic vt j. c. ꝓxi. ṽ. vnius anni.

i ¶ Episcoporum. non q̃ archidiaconorũ vel aliorum nisi de mandato episcopi.

k ¶ Pauperibus. cũ q̃ hec portio ad certũ vsum limitata sit nõ pt ad arbitriũ epi in alios vsus cõuerti sed pauperibus dz erogari sz modũ quẽ habeo. C. de epis. ⁊ cle. l. si q̃s ad declinandã. ⁊ circa h̃ vide q̃ꝺ dicã j. de cle. nõ resi. c. i decimis. ṽ. paupibus ꝑochianis.

l ¶ Penis alijs. hoc intellige sm̃ l̃ram illius ꝯstõis cũ sancti. q̃ dicit saluis alijs penis ⁊c̃. Et sic videt ꝙ tales duplici pena puniri possunt ꝯ illud q̃ꝺ legit ⁊ no. de iudi. c. at si clerici. l. fi. Nisi forsan diceres ꝙ pena prius inflicta nõ sufficeret. vt ibi no. p Ber. ⁊ alios Sz aduerte ꝙ talis ipso facto sit suspensus ab officio demũ etiã a beneficio nulla monitiõe preuia vt j. dicit: cũ hoc etiã vt nõ absoluat absq; solutiõe sexte partis bonorũ suoꝝ ecclasticoꝝ: satis est pena dura. Sic tñ nõ ꝯtingit sz illã ꝯstõez cũ sancti. vbi absq; monitiõe nõ incurrit illã penã. Juste q̃ illius ꝯstõnis lator seruauit ꝑlatis ꝑtãtem infligendi penã arbitrariã q̃ tunc infligi pt cũ nõ incurrit alia. s. pena suspensionis eo ꝙ nulla monitio sit facta Hic ṽo cũ absq; monitiõe statim eo ipso incurrat pena suspensionis ab officio. Et sic post lapsum triũ mensiũ pena suspensionis a beneficio etiã cũ illa aggrauatione de soluendo sextã partẽ ⁊c̃. nõ videt consonũ fore nec iuri nec rõni vt talis nihilominus puniret aliũde ad arbitriũ sui ꝑlati: q: sic nõ solũ duplici sz quadruplici deberet cõtritione conteri. vel potes aliter dicere ꝙ vbi pena adijcit in aliqua ꝯstõe noua accumulatiue penis alijs ab alia lege prius statutis tunc vtraq; pena põt infligi nec vna tollet reliquã. ⁊ sic stat q̃ꝺ hic dr̃. Et sic vide q̃ꝺ dicam j. de clande. despõs. c. humana concupiscentia. ṽ. nichilominus arceantur.

m ¶ Nos huiusmodi. tertia pars.

n ¶ Minores ꝑlati. s. archidiaconi ⁊ ꝯsimiles iurisdictiõez hñtes.

o ¶ Huiusmodi clericos. s. insulas siue tenas publice deferentes

p ¶ Monstruosos. sic dictos q: statim monstrant quales sint in eorum vanitatibus.

q ¶ Non audent. forsan ꝓpter eorũ ꝑtãtem ⁊ perhorrentiam. talis tñ timor reprehensibilis est vt j. pz. ṽ. pusillanimitatis.

r ¶ Propter quod. s. q: tales non curant monere.

s ¶ Penas. i. penam. ⁊ sic ponitur plurale pro singulari sicut alibi notatur Insti. de iure perso. in prin. Nam archidiaconis et inferioribus prelatis infligitur solũ pena suspensionis ab ingressu ecclesie sicut patet dicta constitutione cum sancti. §. precipimus autem. ṽ℟. archidiaconi vero.

t ¶ Uidentur. i. apparent. ⁊ significat hec dictio realitatẽ existentie sicut alias legitur. ff. de arbitrio. l. quid tñ. §. si arbiter de lega. iij. l. ex imperfecto. nisi dicas tales ob aliquã iustã causam nõ audere facere hmõi monitiones. Nam iusta cã timoris tales bene posset excusare a pena licet etiã malũ inde non esset secutũ. ff. lo cati. l. habitatores. §. fi. cũ cõcor. ibi positis in glo.

v ¶ Pusillanimitatis. id est pusilli animi siue vecordie. Et est

ſillani
io
dacia

puſillanimitas vicium per quod aliquis timet aggredi ea que ſunt aggredienda. Sic etiam audacia eſt vicium per quod aliquis aliqua aggrediendo vltra preſumit ꝙ ratio exigit. inter que duo extrema virtus conſiſtit in medio que dicitur fortitudo vt notatur de cenſ. c. ij. §. audacia. li. vj.

x ¶ Preſentant. ſic ꝙ eſt nō vident eos talia portantes ⁊ ſic eis monitiones nō faciunt cum per facti euidentiam hoc eis non conſtat. per hoc tamen epiſcopi non excuſantur quin incurrāt penam dicte conſtitutiōis cum ſancti / ſi ſuper his nō faciant inquiri vt ibi patet.

aſpectibus ſe preſentant. Statuimus vt omni monitione ceſſante cum clericos iuris ignorantia non excuſet predicti clerici ſue proteruie merito quotienſcūqꝫ publice corā populo vel prelatis hmōi inſulas portauerint niſi forſan in itinere in penas omnes incidant ſupradictas. Mandamus inſuper vt impoſterum de talibus per decanatus ſingulos fiat inquiſitio ſpecialis: et cuiuſcūqꝫ ſint gradus vel excellentie contra ipſos in forma canonica procedatur.

y ¶ Statuimus. ⁊c.

z ¶ Monitione ceſſante.

Si quomodo poteſt archiepiſcopus qui eſt inferior tali legato tollere ſtatutum ipſius legati vel aliquid ſtatuens in contrariū contra illud quod legitur de elect. c. ij. in clem. cum concor. ibi poſitis per docto. Dic ꝙ conſtitutio octoboni non ſtatuit ſimpliciter vt fieret monitio ſed conditionaliter dicit ſi moniti ⁊c. Et ſic ibi monitio non erat omnino neceſſaria niſi ad hoc ꝙ alias non incurreretur pena ibi poſita.

a ¶ Clericos. ſupple maxime. quia idem eſt de laicis quod dic vt legitur et notatur in regula iuris ignorantia. li. vj.

b ¶ Iuris. maxime ad ſuam profeſſionem ſpectantis. pro quo vide quod ſcripſi. ſ. de ſacra vnctio. c. j. verbo vicina. Iſtud autē ius hodie eſt expreſſum. e. ti. c. ij. in clem. vbi prohibetur certis clericis delatio taliū inſularum.

c ¶ Non excuſet. de reg. iur. c. ignorantia. li. vj. j. q. iiij. §. notandū. vbi diſtinguitur inter ignorantiam iuris naturalis ⁊ ciuilis. ſed tu circa hoc dicas plenius vt notat per Dy. in dicta regula Ignorātia. et vt dixi. ſ. de offi. archidi. c. eiſdem. v. excōicationū ſnias.

d ¶ Predicti clerici. Oportet ꝙ hoc intelligas de conſtitutis tm̄ in ſacerdotio vel dignitatibus aut curam animarum habentibꝰ vel canonicis eccleſiarū cathedraliū prout legitur in dicta cōſtitutione cum ſancti. §. ſi qui vero.

e ¶ Proterue. i. ſuperbie ſiue terribilitatis aut ferocitatis.

f ¶ Quotienſcūq. ex iſta littera apparet ꝙ deferentes huiuſmōi inſulas non ſolum poſſunt incurrere penam conſtitutionis huius ratione vnice vicis tantū ſed etiam propter vnāquāq vicem quia tales inſulas portauerint. Sed contra hoc opponitur. ff. de furtis. l. inficiando. §. infans. vbi patet ꝙ per continuationem tēporis non ſequitur pluralitas delictorum. Circa declarationem huius puncti Barth. in dicto. §. Infans. dicit ꝙ quedam delicta fiunt negligendo. quedam faciendo. cuius diſtinctionis primū membrū hic omitto ad preſens. ⁊ quo ad ea que ſunt in faciendo vt hic ſcias ꝙ horum quedam ſunt delicta momentanea: quam etiam materiam hic pertranſeo. Alia vero ſunt delicta habentia cauſam ſucceſſiuam. et horum quedam ſunt in quibus animus plurimū operatur. patet exemplū in heretico. C. de here. auten. credentes. Item in furto vbi requiritur animus furandi. Item in retentione poſſeſſionis vbi requiritur animus. vt. l. iij. in prin. ff. de acquiren. poſſ. ⁊ in iſtis pro toto tempore vnū maleficiū eſt. et ſic ſtat dictus. §. infans. niſi poſſeſſio interrumpatur. ⁊ facit ad idem. ff. de acquir. poſſ. l. ſi is qui ꝓ emp. §. penul. ⁊. l. qui bona fide. §. fi. e. ti. Quedam ſunt in quibus animus ſolus nō operatur ſed magis actus corporeus vt portare arma vel veſtes ꝓhibitas vt hic et ſimilia que actū perſone mere concernunt. ⁊ tunc putat Barth. ꝙ cum talia naturaliter interrumpātur debemus dicere ꝙ pro qualibet vice ſit vnū delictū. vt. l. foramen. ff. de ſeruitu. vr. ꝑdi. facit ad idem. ff. de furtis. l. quod deſtinauit. de ope. liber. l. j. Et idem eſt in illis actibus qui habent ſucceſſionem ex reiteratione prout notat Barth. in loco preallegato. ⁊ vt ſic quotienſcūqꝫ talis deliquerit totiens puniatur. facit ad hoc. l. cum mancipiū. ff. de edili. edic. ⁊. l. ſcire debemus. ff. de verb. obli. Et pro dilatatione materie ſi forſan queratur an incidendo totiens in penam ſuſpenſionis totiens requiratur abſolutio vel ſufficiet vna ꝓ omnibus. vide notata per docto. de ſentē. excōi. c. cum pro cauſa. ibi ꝑ Bern. Innoc. Hoſtien. Io. an. ⁊ optime per Henri. In hac materia tu dic ꝙ quando excōmunicationi vel ſuſpenſioni concurrit multiplicatio cauſe et vinculi ꝙ multe ſunt cauſe excommunicandi et multe excōmunicationes: tunc ſi omnes in abſolutione ſint petite et ex omnibus facta eſt abſolutio liberatus eſt. facit. l. ſub pretextu. C. de tranſac. Si ex omnibus cauſis petita eſt abſolutio et ex aliquibꝰ tm̄ expreſſio facta eſt abſolutio proficit quo ad illas tantū de quibus facta eſt abſolutio: ⁊ illa nō eſt effectualis donec abſoluat ab aliis iuxta notata de ſenten. excom. c. officij. Si ex aliquibus petatur abſolutio et facta eſt abſolutio indiffinite valet ſolum quo ad expreſſa. facit. l. ſi de certa. C. de tranſac. Quandoqꝫ excōicationis vel ſuſpenſionis multiplex eſt cā ⁊ vna excōicatio vel ſuſpenſio. tunc ſi ſententia eſt lata ſpecifice ⁊ ſingulariter ex qualibet cauſa tunc idē dico qꝺ ſupra dixi in pluribus ſententiis latis ex pluribus cauſis vt in ꝑcedenti membro. Si vero iudex tulit ſententiā ex altera parte earū tm̄ de quo conſtat tunc ſi cā ipſa ſit tacita aliis expreſſis nō valet abſolutio. Si eſt expſſa aliis tacitis ex certa ſcientia ⁊ doloſe etiam non valet abſolutio. Si aūt cauſa principalis eſt expreſſa aliis tacitis ignoranter valet abſolutio: quia ille nō erant cauſe oīno inductiue ad abſolutionem concedendā vt dicit in ſimili textus in. c. ſuper litteris. de reſcrip. Si vero lata eſt ſententia ex pluribus cauſis ſimul iunctis tunc altera tacita nō valet abſolutio quia eſt ſurreptitia: nec tenet abſolutio in expreſſa: quia pro illa tm̄ nō fuit excōicatus. Si eſt dubiū an ex vna cā vel pluribus ſit excōicatus tunc ſi quelibet de ſe eſt ſufficiens ꝑſumptio eſt ꝙ ex qualibet ſingulariter lata fuerit ſententia. Si altera tm̄ eſt ſufficiens tunc ex illa preſumitur lata ſententia. Si omnes ſimul iūcte ſint ſufficientes ſed ſeparate nō preſumitur ex omnibus occaſionata ſimul. ſic no. per Anthoniū de butrio. d. c. cū pro cauſa preallegato ad fi.

ꝑ cōſti‐
tiones
ſequa
plurali
delic‐
m.

g ¶ Publice. hoc exponit ſtatim in lr̄a cū dicit corā populo vel prelatis. ⁊ huic qꝺ dicit publice concor. littera clem. ij. e. ti. vnde occulte hoc faciendo nō incurrit has penas vt ibi no. per docto.

h ¶ Portauerint. ſuple in capite vt legit in dicta clem. ij. ⁊ notat ibi Geſſ. ꝙ ſecus eſſet ſi hmōi inſulam in alia parte corporis geſtaret prout ipſe hoc notat ibidem. v. in capite.

i ¶ Niſi forſan. excipit ab eo qꝺ ſupra dixit.

k ¶ In itinere. concor. qꝺ habes in dicta cle. ij. dū dicit preterꝙ̄ rationabili cauſa ⁊c. ⁊ intelligit ibi Wil. rationabilem cauſam. ſ. pluuiam vel alias periculoſam peregrinationem.

l ¶ Penas omnes. ſ. tam ſuſpenſionis ab officio ꝙ̄ a beneficio ⁊ de ſoluendo partem ſextā vt ſupra dictū eſt. Non tm̄ intelligas ꝙ in omnes iſtas penas ſimul incidat ſed ſucceſſiue ꝓut ſtatutū eſt in dicta cōſtitutione cū ſancti. hoc ſaluo ꝙ hic non eſt neceſſaria monitio vt predictū eſt.

m ¶ Mandamus. quarta pars.

n ¶ Talibus. ſ. publice portantibus inſulas ſiue tenas.

o ¶ Decanatus. ſ. rurales.

p ¶ Inquiſitio ſpālis. per quos fieri debeat hec inquiſitio hic nō ſtatuitur ſed in dicta conſtōe cum ſancti. mandatur hoc fieri per archiepiſcopos / epiſcopos / archidiaconos ⁊ alios prelatos in ſuis iuriſditionibus. Sed quō ad tales prelatos inferiores ſpectare poterit officiū inquirendi ⁊ talia puniendi: vide. ſ. de cōſtitu. c. exterior habitus.

Gradus

q ¶ Gradus. potes intelligere de gradu ſcolaſtico vel ēt eccleſiaſtico Et eſt gradus idē qꝺ ſtatꝰ ſiue dignitas quia ad talē ſtatū ſiue dignitatem gradatim eſt procedendum. ff. de munc. et ho. l. vt gradatim. lix. di. ꝑ totū. ⁊ facit. C. de aduocatis diuer. iudi. l. petitiones

Dꝫ

r ¶ Excellētie. forſan quia rōe iuriſditōis aliis ꝑeminent vel alīs rōe origīs ſiue ſanguīs alios excellūt. ⁊ ex h loco potes colligere ꝙ apd iudicē nō dꝫ eē acceptio pſonaꝝ. facit de pe. di. iiij. nec quēqꝫ xxvj. q. vij. c. ſacerdos. ⁊ eſt expſſum de regu. iu. c. in iudiciis. vbi de hoc ꝑ Dy. ⁊ alios.

ſ ¶ Procedatur. ſupple per eos quorū iuriſditioni ſubſunt ſiue ipſi iuriſditionem habentes ſint epi ſiue archidiaconi ſiue alij prelati vt pꝫ ex ſupradictis.

a ¶ Exterior habitus. Ista constitutio fuit dñi Johannis stratford Cantuariēn. archiepi. Et est pars huius. ti. de cōstitu. c. exterior: ⁊ diuiditur in septem partes. In prima que est pars decisa recitātur plura incōuenientia ante istam cōstitutionem tam in habitu ꝙ̄ in tonsura ⁊ ceteris apparatibus per clericos Cantuariēn. ꝓuincie vsitata. In secūda ibi Hoc sacro quo ad obtinentes beneficia ecclesiastica primo ordinat vt gestent habitū ⁊ tonsuram clericales suo statui competentes. In tertia ibi Si qui autē statuit generaliter cōtra omnes clericos beneficiatos Cantuariēn. ꝓuincie aliquo dictorū incōuenientiū vtentes vt si moniti nō destiterint certas penas incurrant. In quarta ibi Nō beneficiati. ꝓuidet contra non beneficiatos etiam cum adiectiōe pene. In quīta ibi Et preter. aggrauat huiusmodi penā contra studentes in vniuersitatib⁹. In sexta ibi Presenti tn̄ modificat statutum quo ad certa loca et tempora. In septima ibi Clerum. statuit quid faciant epi circa seipsos et suos commensales.

Diuisio.

Johannes stratford.

Cum in sacris beneficiati vestem ⁊ tonsuram suo statui deferant cōpetentē: nec vestiū luxuria aut annulorū abutant̄: vel post legitimā admonitionē ab officio suspendātur et suspensi contrauenientes grauiter puniātur. Sine beneficio autē clerici in his peccātes quatuor proximis mēsibus fiant ad beneficia suscipienda inhabiles: sicut ⁊ scolastici in vniuersitate degētes. Clericū clerici pōt itineri cōgruū cōmode suscipere amictū. Sꝫ ante oēs epi hi⁹ ⁊ vestiū colāt honestatē.

Exterior habitus ⁊ infra. Hoc sacro approbante cōcilio statuim⁹ ⁊ precipimus ꝙ quicunqꝫ obtinētes beneficia ecclesiastica nostre prouincie in ordinib⁹ sacris potissime constituti vestes ⁊ tonsurā clericales deferant suo statui cōpetentes. Si qui autem clerici nostre prouincie publice incedētes i ca veste superiori breui aut stricta notabiliter aut cū longis et latis excessiue manicis cubitos circunquaqꝫ non tegentibus sed pendulis crinibus intonsis barbisve prolixis aut anulis suis vtantur digitis publice. Alii ꝙ̄ quibus ratione dignitatis et honoris hoc congruit seu in premissis vel aliquibus premissorū superius expressatis

b ¶ Et infra. sub ista parte decisa cōtinetur in integra quod exterior habitus mores ⁊ cōditiones intrinsecas ꝑsonarū frequenter ostendit: et quod clerici qui esse deberent speculū et exemplū laicorū tam in vestib⁹ ⁊ tonsura ꝙ̄ ornamentis equorū ac aliis apparatibus grauiter ecclīam scandalizabant ⁊ etiā statū clericalem per suas gyras varias incōuenientes de quibus alique ponūtur infra in textu. §. si qui autem. in prin. Alie ponūtur infra. e. §. super ṽ. expressatis. in glosa.

c ¶ Beneficia ecclesiastica. nota ꝙ appellatione beneficij ecclesiastici continetur non solum beneficium cum cura sed etiam prebenda. de rescriptis. c. postulasti. ṽ. beneficio. per Bern. ⁊ cōcor. Archi. de preben. c. si motu ꝓprio. ṽ. beneficiū. li. vj. de rescrip. c. gratia. e. li. ⁊ breuiter in hoc loco intelligo contineri appellatione beneficij dignitates personatus prebendas ⁊ ecclesias oēs ⁊ alia quecūq cum cura et sine cura que cū titulo habentur ⁊ institutione canonica. cui cōueniunt notata per Jo. an. de reg. iu. c. beneficium. li. vj.

Appellatiōe beneficij qd cōtinet

d ¶ Potissime. si enī constituti in ordinibus non sacris ad hoc artentur multo fortius hoc facere debent cōstituti in sacris. xxj. q. iiij. episcopi. C. de episco. et cleri. l. presbiteri.

e ¶ Competentes. Circa hanc competentiam vide que dixi. ṡ. e. c. j. ṽ. habitu clericali

f ¶ Si qui autem. tertia pars.

g ¶ Clerici. etiam tonsuram primam dūtaxat habentes. extra de eta. et quali. c. cum contingat.

h ¶ Publice. hoc enī maxime ponderatur vt hic patet. et. ṡ. e. c. j. et. ij. et cōcor. e. ti. c. j. et. ij. in clemen. vbi concorditer notant doctores ꝙ in occulto videlꝫ in camera vel in aliis locis priuatis dimittens habitū clericalem ⁊ alio vtens non incurrit penas in ea parte statutas.

i ¶ In ea. s. prouincia.

k ¶ Veste superiori. hanc vestem magis pōderant iura ꝙ̄ vestes inferiores ex quibus cū visui non pateant ita de leui non generatur scādalū. ⁊ quia habitus exterior est signū habitus intrinseci vt dixi. ṡ. e. c. sub parte decisa. ⁊ ṡ. e. c. quia. ṽ. exteriorem.

l ¶ Breui. debent enī vestes clericoꝝ esse talares. xxiij. di. c. penl. vel ad minus vltra mediū tibiarū sicut patet in cōstitutiōne octoboni cum sancti. §. statuimus.

m ¶ Stricta. talis enī forma posset magis dici laicalis ꝙ̄ clericalis. Nam clericis non conuenit corporis formam ostendere sed potius occultare.

n ¶ Notabiliter. potest dici vestis notabiliter breuis quando nō operit genua. est etiam notabiliter stricta quādo non potest clausa reuersari vltra caput.

o ¶ Longis. vltra extremitates digitorum.

p ¶ Latis. sic vt sequitur ibi cubitos ⁊c̄.

q ¶ Excessiue. Excessus enī siue nimietas euitari debet quia pene nichil immensum bonū est. aut. vt determinatus sit numerus cleri. in prin. coll. j. et mediū tenere honestum est ⁊ cōmendabile presertim in moribus vt hic. et extra. e. c. clerici. ⁊ de offi. custod. c. j. Item in abstinentia. iiij. di. denique. Itē in opinionibus. de offic. deleg. querenti. Item in verbis. xliij. di. sit rector. sic notatur per Hostien. e. ti. c. clerici. ṽ. nimia breuitate.

r ¶ Non tegentibus. vbi nāq manice aperte sunt et multū late ad oēm eleuationem brachiorū apparent cubiti qui quidē cubiti vsq ad manū dicūtur extendi vt vult Januen. qd tn̄ hic reprobat

ſ ¶ Pendulis. s. manicis que si essent clause: nō pendule sed brachiis adaptate bene tegerent cubitū. ¶ Quid ergo dicemus de manicis latis pendulis non apertis sed clausis ⁊ cubitū cooperientibus quibus his diebus vtūtur multi etiā clerici? Dic ꝙ licꝫ tales manice clericorū statui nō cōueniant: tn̄ eis vtentes non incurrunt penā hic positam. quia statutū penale non excedit limitationem in eo positā. ff. de penis. l. interptatione. ⁊ in regula iuris in penis. li. vj. de pe. di. j. pene. licet posset dici etiam in hoc casu locum habere hanc cōstitutionem: nec dꝫ dici extensio cū per oīa sit eadem ratio ꝓut alias no. de temp. ordi. c. j. §. ytalie. p Jo. an. li. vj

t ¶ Intonsis. istud et illud qd sequitur de barbis ꝓlixis est cōtra oīa illa statuta que volunt ꝙ clerici comā non nutriant. de quib⁹ dixi. ṡ. e. c. j. ṽ. comam. ⁊ glo. sequenti.

v ¶ Anulis. Istud prohibetur extra. e. c. clerici. Nam per anulū ꝑsumitur matrimoniū. xxx. q. v. femine. de presump. c. illud. in fi.

x ¶ Publice. vide quod dicam. ī. e. ṽ.

y ¶ Dignitatis. vt sunt epi ⁊ superiores qui sunt sponsi ecclesie ⁊ per quorū mortem dicūtur ecclesie viduate. de postul. prela. bone. j. ⁊ ij. de elec. ne pro defectu. ⁊ ipsum defert episcopus in quarto digito vt sciat se seruientem ecclesie corde et aīo. Fertur nāq in digito illo venam esse que a corde procedit. xxx. q. v. femine. Abbates vero ⁊ alij prelati anulis vti non debent nisi hoc eis ex priuilegio competat sicut legitur de priuile. c. ad apostolice. li. vj. Potest tamen clericus in signū possessionis per anulū de beneficio inuestiri. de senten. et re iudi. c. cum olim. de conces. preben. c. proposuit.

ȝ ¶ Expressatis. scilicet in integra sub parte decisa vbi recitat de caputijs cū tipetis mire longitudinis ac zonis stipatis preciosis mire magnitudinis: bursis etiam cū ymaginibus varijs sculptis anemalatis ⁊ deauratis cultellis ad modum gladiorū dependentibus. caligis etiam rubeis staccatis ⁊ viridibus sellis cum croparijs sotularibus rostratis ⁊ incisis multimode ac cornibus ad colla pēdentibus: epitogijs ac clochis furratis ad orā. Sed quo ad hec vltimo dicta videlicet de epitogijs ac clochis furratis ad oram nimis large locutus est auctor. quia clemē. ij. c. ti. nō prohibet nisi epitogiū vel tabardū furratū ad orā qd est veste inferiori notabiliter breuius vt ibi patet.

exceſſerint' niſi īfra ſex mēſes a tpe cōmiſſi' exceſſus hmōi moniti' ſe correxerit ⁊ effectualiter' hmōi dimittant exceſſus: eccleſiaſtica habētes beneficia poſt predictorū lapſum ſex menſiū ipſo facto ab officio ſuſpenſionem incurrant. In qua ſi per tres menſes ſequentes' ſteterint a ſuis extunc' beneficiis nulla requiſita monitione alia ſint ipſo iure ſuſpenſi'. Nec' extunc p ſuos dioceſanos' quibus eorū abſolutionem preſentis auctoritate concilii reſeruamus' prius ab hmōi ſententiis' abſoluantur q̄ȝ quintam' partem prouentuū vnius' anni ſuorū beneficiorū' eccleſiaſticorum perſoluāt per dioceſanos' ipſos in quorum dioceſibus' huiuſmodi beneficia obtinent pauperib' ī locis beneficiorum' ſuorum degentibus' infra tres menſes poſtmodum' fideliter' erogandam. Et ſi' ſuſpenſionibus' hmōi durantib' diuinis' ſeu adminiſtratiōibus' dictorum beneficiorū ſe ingeſſerint vel miſcuerit ſicut pri' extunc' dictis bñficiis ſint eoipſo priuati'.

a ¶ Exceſſerint. Exceſſus enim ſiue nimietas reprehenditur vt hic. ⁊ dixi. ſ. e. ∜. exceſſiue.

b ¶ Commiſſi exceſſus. cōcor. notata per Jo. in cle. ij. e. ti. ∜. infra menſem. ⁊ per Paulū. e. ∜.

c ¶ Moniti. ſ. p ſuos ordinarios. vnde ſi monitio nō interuenerit non habebit locuȝ pena hic poſita. Et aduerte q̄ tēpus ſex menſiū de quo hic loquitur currit non a tempore monitiōis ſȝ a tempore commiſſi exceſſus. Et ſic ſufficit monitōnem ſequi exceſſum non ſolū forſan ſtatim in primo vſu ipſius veſtis vel rei prohibite ſed etiā quādocūq̄ poſt ante finem dictorū ſex menſiū. Intelligas tamen hanc monitōnem debere fieri tempore cōgruo. ar. ff. locati. l. ſi merces. ∮. conductor. ſic vieȝ vt monitus poſſit exceſſū dimittere. ⁊ de aliis ſibi cōuenientibus abſq̄ exceſſu ante fineȝ dictorum ſex menſiū ꝓuidere. Et facit ad hoc de ſenten. excō. c. conſtitutionem. li. vj. Et credo q̄ ſufficiet talem monitionem fieri non ſolum in ſpecie ſed etiam in genere. cum hic non mandet legiſlator eam debere fieri nominatim prout alias precipitur in clemen. j. e. ti. ⁊ de ſen. excō. dicto. c. conſtitutionem. li. vj. Tantū n̄ aliq̄ operabitur monitio generalis quo ad omnia ſicut ſpecialis quo ad quedam ſpecialia. ff. de admi. tu. l. ſi duo. in fi. ff. pro ſocio. l. actione. ∮. renūciare.

d ¶ Effectualiter. ſic vt tali apparatu dimiſſo eundem vel ſimilē non reaſſumat.

e ¶ Sequentes. ſ. dictos ſex menſes. Et ſic anteq̄ incurratur pena ſuſpenſionis a beneficio opȝ labi. ix. menſes.

f ¶ Extunc. i. poſt nouem menſes finitos vel alias dictis tribus menſibus vltimis plene elapſis. Nam hec dictio tunc extremū tempus ſigñt. ff. de cōdi. et de. l. ſi ita. ∮. ſi ita.

g ¶ Suſpenſi. Simile habes. ſ. e. c. proximo.

h ¶ Nec extunc. ſ. poſtq̄ fuerint ſic ſuſpenſi non ſolū ab officio ſȝ etiam a beneficio.

i ¶ Dioceſanos. ſic ergo hec abſolutio non poteſt fieri per iudices epiſcopo inferiores.

k ¶ Reſeruamus. Hec reſeruatio vt videtur fruſtratoria eſt. nam vbi abſolutio a pena canonis non eſt ipſi ſtatuenti ſpecialiter reſeruata ipſo iure poteſtas abſoluendi remanet penes ordinariū inferiorem. extra de ſen. excō. c. nuper. Sed dic q̄ hec reſeruatio operatur hoc q̄ non licet inferiori epō hanc abſolutionem impēdere. Nam quod in quibuſdam cōceditur in aliis negatur. C. de ꝓcura. l. maritus. ff. de cōpen. l. quod labeo. vel potes hoc intelligere ſm opinionem illorū qui ponūt q̄ a pena ſtatuti prouincialis ad archiepm̄ pertinet abſolutio. Cui opinioni cōtradicit Jo. an. in no. de preben. c. grauis. ∜. relaxetur. niſi quatenus reſeruauerit ſibi abſolutionem in ipſo ſtatuto. Et concor. archi. xvij. di. c. j. ſtatim poſt princi. Et Jo. de athona in prohemio conſtitutionū othonis. ∜. conſenſu. Dic ergo vt prius dixi.

l ¶ Sententiis. ſ. ſuſpenſionū ab officio et beneficio. Et ſimile habes in conſtitutione octoboni Cum ſancti. ∮. ſi qui vero. et tetigi ſ. e. c. pxi. ∜. ſuſpenſionem.

m ¶ Quintā partē. ſ. e. c. pxi. ⁊ dicta ꝯſtōne Cū ſancti. ponit in caſu ſimili penā ſexte partis. Et circa hoc vide qđ ſcripſi. ſ. e. c. proximo. ∜. eccleſiaſticorum bonorum.

n ¶ Vnius anni. Aduerte q̄ in ꝯſtōne octoboni Cū ſancti. text' loquiť de ſexta pte redditū illius anni. in ꝯſtōe Johis peccham prima ꝓcedenti dicit de ſexta parte beneficiorū ſuorū eccleſiaſticorū. hic ꝟo loquiť de quinta parte vni' anni. Et vt videt hec lr̄a nō pōt rōabiliť ſtare ſicut de his duab' dixi. ſ. e. c. pxi. ∜. bonorū eccleſiaſticorū. per rationes ibi allegatas. Sed vltra per me ibi dicta potes dicere q̄ hec pena. ſ. ſuſpenſionis a beneficio vna cū ſolutione ſexte partis vt pȝ in locis ꝓcedentibus vel alias quinte partis vt hic pȝ. ideo adiecta eſt vt. ſ. timore talis pene citius ſe corrigat delinquens de ſuo exceſſu. nec eſt veriſimile q̄ patietur ſe longo tpē fructib' ſui bñficij deſtitui. ff. de vſur. l. cū de indebito. cui vtilius eſt vt ſtatim ſe corrigens ante abſolutioneȝ ſuā ſoluat quintā vel ſextā parteȝ beneficij ſui p vnū annū q̄ȝ ſuū exceſſuȝ cōtinuādo interim pdat ꝓuentus eiuſdeȝ forſan oēs vel maiorē partē eorūdem iuxta morā ſuaȝ in ſuſpēſione hmōi. Quā ſi diuti' cōtra ſe regnare patiatur ſibi iputet q̄ de ſuo beneficio nichil aut modicū recipiet: ⁊ egeſtate ꝑmatur. cū male meritos iuſtū ſit egeſtate laborare. ff. depoſiti. l. bona fides.

o ¶ Beneficiorū eccleſiaſticorū. etiaȝ pluriū ſi ea habeat talis clericus infra iuriſditioneȝ iudicātis a principio monentis vt a talib' deſiſtat. Nam cū iſtud ſtatutū ſit penale monitio vni' iudicis non pōt eū artare quo ad beneficia que habet in iuriſditiōe alterius. ff. de iuriſdi. om. iu. l. vlti. de ꝯſti. c. ij. ∮. vlti. li. vj.

p ¶ Dioceſanos. nō q̄ p inferiores ꝓlatos vt dixi. ſ. e. c. pxi. ∜. epor.

q ¶ Dioceſibus. facit hec litera ad ea que dixi. ſ. e. ∜. beneficiorū eccleſiaſticorum.

r ¶ Beneficiorū. hec lr̄a limitat loca in quib' ꝓuentus ꝓdicti debent pauperibus erogari. cū tn̄ in ꝯſtōe octoboni cū ſancti. ⁊ ſ. e. c. pxi. lȝ fiat mentio de hmōi parte ꝓuentuū pauperibus erogan da. licuit tn̄ ipſis dioceſanis ad libitū erogationem hmōi facere nullius loci reſpectu habito. qđ tn̄ ſm ꝯſtōem iſtā facere non licȝ ad qđ facit. C. de epiſ. ⁊ cleri. l. ſi quo ad declinandā. ∮. hec tamen.

ſ ¶ Degētib'. ita q̄ ſint ibi parochiani ⁊ nō trahentes morā ad tē.

t ¶ Poſtmodū. ſ. poſt obtentam abſolutionem.

v ¶ Fideliter. ſic q̄ nichil retineant ad vſum ſuū ꝓpriū vel de ea quicq̄ aliunde expendant.

x ¶ Et ſi. ∜.

y ¶ Suſpenſionib'. pluraliter loquiť vnde p hoc apparet q̄ aliud eſſet ſi vna earū eſſet ſublata altera remanente: et ſic ad effectum q̄ habeat locum pena priuationis que ſequitur requiritur q̄ hee due ſuſpenſiones concurrant. Et ideo ſi durāte prima ſuſpenſione. ſ. ab officio tn̄ ante incurſum ſecunde. ſ. a beneficio ſic ſuſpenſus ab officio ingereret ſe diuinis ſicut prius nō eſſet propterea beneficio priuatus licet propter hoc incurreret irregularitatem vt legitur et notatur de ſenten. et re iudi. c. cum eterni. li. vj. Et q̄ duo predicta concurrere opus eſt ad effectū incurrendi penam priuationis hic poſitam: faciunt notata per Archi. d. c. cū eterni. ∜. multiplici. ⁊ ſuper hoc vide que ſcripſi. ſ. de foro compe. c. Dicrum. ∜. ſurreptitie.

z ¶ Diuinis. reſpectu ſuſpenſionis ab officio.

a ¶ Adminiſtrationibus. reſpectu beneficiorū vt ſequitur.

b ¶ Extunc. id eſt poſt talem ingeſſionem quo ad diuina vel adminiſtrationem quo ad beneficia. Nam ipſis ſuſpenſionibus ſimul concurrentibus ſufficit ad effectum incurrendi penam que ſequitur q̄ contra vnam earum delinquat: ⁊ hoc patet ſufficienter ex dictione ſeu que hic ponitur diſiūctiue dum dicit diuinis ſeu adminiſtrationibus. Sic eni ſumitur hec dictio ſeu. ff. ad trebel. l. j. ∮. ſublata. C. de ſacroſan. eccle. l. generali. C. de. ∜. ſig. l. cuȝ quidam. circa mediū. Quādoq̄ tamen ponitur ampliatiue vt legitur et notatur. ff. de au. et ar. le. l. ſi quis ita. vbi de hoc per Accurſ. ſed melius per Barth.

Dictio ſeu varie ſumitur.

c ¶ Priuati. in hoc tamen requiritur ſententia declaratoria ſm ea que legitur de hereti. c. cū ſm leges. li. vj.

Non beneficiati' vero clerici publice ꝛ cõiter pro clericis se gerentes' si in predictis excesserint vel eorũ aliquib' nisi moniti' infra sex mensiũ spaciũ' se correxerint cum effectu eo ipso sint inhabiles' ꝑ quattuor' mẽses ad beneficiũ ecclesiasticũ obtinẽdum'. Et preter' hec in vniuersitatibus'' dicte ꝓuincie studio'' litterarũ vacantes et pro clericis se gerentes si se a premissis effectualiter non abstineãt ad quoscũq3 gradus ecclesiasticos ꝛ honores in ipsis vniuersitatibus ipso facto reddanť inhabiles donec' suis morib' atq3 gestu' maturitatem' exhibeant honestis scholaribus ꝯpetentẽ' saluis' penis aliis editis' ꝫ hmõi delinquentes. Presenti' tñ constitutiõe nolumus ꝓhibere quin clerici apertis' ꝛ patentib' supertunicis' alias mensalibus' nũcupatis cũ manicis cõpetentibus' locis' ꝛ tẽporibus' oportunis ac etiã itinerãtes' pro eo dũtaxat tẽpore quo per patriã' iter faciunt breues ꝛ strictas vestes sibi assumere ꝛ illis vti valeant, ꝓut eis videbitur' expedire. Verũ' cũ fronte libera ceteros redarguere nequeãt epi si seipsos ꝛ domesticos ꝓprios nõ' corrigant in hac parte Statuimus' q' epi nostre prouĩcie venustatem' in tonsuris vestib' ꝛ ceteris supradictis obseruent et a suis clericis cõmensalibus faciant' obseruari.

✣

De cohabitatione clericorum et mulierum.

Stephanus in concilio Oxoñ.

d Non beneficiati. quarta pars.

e Gerentes. hoc enim sufficit quo ad possessionem clericatus: et vt pro tali reputetur ꝛ habeatur donec constet de contrario, ꝓut legitur ꝛ no. de sen. excõi. c. si iudex. li. vj.

f Moniti. per suos ordinarios.

g Spaciũ. a tẽpore cõmissi excessus vt supra dicitur.

h Inhabiles. circa hãc penam vide q̃ď dixi. s̃. de procura. c. vnico. v. inhabilis.

i Quattuor menses. simile habes. e. ti. c. ij. i. cle. vbi loquitur de sex mensibus.

k Obtinẽdũ. Et sic priuatur spe qui non potest priuari re. xviij. q. i. c. i.

l Et preter. quinta pars. vbi aduerte q' hi q̃ se gerũt pro clericis studentes in vniuersitatibus siue sint beneficiati siue non vltra penas ꝑdictas incurrunt etiã penam hic limitatam vicȝ inhabilitatis ad quoscũq3 gradus scholasticos. ad q̃ď facit littera que s̃. ponitur saluis penis aliis ꝛc̃.

m Uniuersitatibus. videlicet Oxoñ. et Cantabrigie. he autem vniuersitates prout alie hmõi alio nomine studia generalia nũcupantur. de sepultu. c. dudũ. §. nos autẽ in cle. et constituũtur ex priuilegio vel cõsuetudine cuius initij nõ est memoria prout notat ibi Jo. an. v. generalibus. Et ad hoc alleg. c. tue. extra de cleri. non resid. de priuil. c. ij. li. vj. Et in ꝓhemio digestorũ. §. hec autem tria. ꝛ cõcor. Gess. ibidem eodem vbo. Dicũtur autẽ studia generalia in quibus docentur sacra pagina, iura, ꝛ artes fm Hostien. ȷ. c. tue. et debent esse in locis insignibus vt patet in ꝓhemio. ff. §. Hec autem tria. Et notatur dicto. c. dudũ. v. generalibus. vbi distinguũtur diuersa genera studiorum.

Studia generalia.

n Studio litterarũ. de istis studentibus et eorũ priuilegiis legitur et no. de priuilegiis. c. ij. li. vj. ibi videas.

o Donec. et sic ex hac littera colligitur q' talia dimittendo ꝛ apparatum honestũ capiendo eo ipso cessabit hec pena. Circa q̃ď vide alias per me scripta. s̃. de consti. c. j. §. fi. v. donec.

p Gestu. i. actu vel corporis agitatione.

q Maturitatem. i. discretionem siue sapientiam. vij. q. j. nouacianus. Quãdoq3 maturus idẽ est quod festinus. de peni. di. iiij. si ex bono. Item maturus. i. tardus. de peni. di. ij. dum sanctam. Item maturus. i. aptus thoro. xxvij. q. i. c. i. de his notatur. xxiij. q. viij. cõuenior. in prin. per Archi.

Maturus

r Competentem. Hec competentia considerari debet vt se cõforment in habitu tonsura ꝛ aliis apparatibus premissis his inter quos conuersantur ꝛ qui apud eorũ iudices ꝛ rectores reputantur scholares honesti. faciunt ad hoc notata. xli. di. c. j. ꝛ. ij. et dixi. s̃. e. c. j. v. habitu clericali.

ſ Saluis. hec littera facit pro eo q̃ď dixi. s̃. e. v. et preter.

t Editis. his videlicet de quibus supra fit mentio. et etiam aliis de quibus habetur. s̃. e. c. j. et in constitutione othonis quoniam de habitu. ꝛ constitutione octoboni. cum sancti. et eodem ti. c. ij. in clemen.

v Presenti. sexta pars.

x Apertis. i. in parte anteriori.

y Supertunicis. has statim declarat in textu.

z Mensalibus. sic dictis q' in eis solebant vtentes sedere ad mensam. Et erant huiusmodi supertunice antique vestes preparate ad ꝑcendum vestibus magis preciosis maxime tẽpore prandij vel cene quibus temporibus solent comedentiũ ꝛ bibentiũ vestes cibo vel potu ab ore cadente deturpari.

Supertunica.

a Competentibus. strictis videlȝ ad brachia ꝛ cubitos circũquaq3 tegentibus.

b Locis. vicȝ secretis in propria domo.

c Temporibus. scilicet diebus feriatis ꝛ non festiuis cum non solent superuenire extranei. Secus tamẽ dicerẽ si essent in loco alieno vel in presentia extraneorũ aut alicuius multitudinis. Ad quod facit quod. s̃. ponitur in lr̃a ibi publice ꝛc̃.

d Itinerãtes. s. sicut sequitur.

e Per patriam. non tamen per campos spaciãdo nec in villis vbi habitant itinerando sed dum longũ iter agere habent videlicet gratia peregrinationis vel alia de causa. Ad quod vide que leguntur in constitutione octoboni cum sancti. §. statuimus.

f Videbitur expedire. ex hac littera apparet q' talis clericus itinerans possit si velit transire in veste breui vsq3 ad nates vel stricta ad instar dyplodis quod tamen nõ esset honestũ ordini clericali. et ideo dic q' hoc quod hic dicitur videbitur expedire: denotat arbitriũ boni viri. Ad quod facit. ff. de fidei commissa. lib. l. libertas. Unde non potest talis clericus eligere modum vestium quem vult sed tales quales bonus et honestus vir eligeret. Pro cuius intellectu scias q' voluntas libera et arbitriũ boni viri dñr. de volũtate enim est q' sit libera nec põt cogi necessitate ꝑcisa. C. de her. insti. l. cũ ꝓponas. sed quadã necessitate ꝯsequentie. vt si quis velit fugere tormẽta per cõsequẽs vult illud sine quo tormenta fugere non potest. Et sic coacta voluntas est voluntas. ff. q̃ď me. cã. l. si mulier. §. si metu. Et est volũtas libera quia libere vult antecedens ꝛ ex illo libere deducitur ad volendũ consequens. dicunt etiam philosophi et theologi q' voluntas nunq3 appetit nisi bonũ vel apparens bonũ. Nam licȝ quãdoq3 appetat q̃ď cognoscit esse malũ illud tñ vult sub ratiõe boni delectabilis vel apparentis ipsi volenti. Et talis volũtas siue sit ratione regulata siue non dicitur voluntas libera. Sed vbi talis voluntas est ratione regulata dicitur arbitriũ boni viri quia sic bonus vir arbitrabitur. ff. iudi. solui. l. vir bonus. ff. pro socio. l. societatem. §. arbitrorũ. Apparet itaq3 ex predictis q' quo ad vsum taliũ vestiũ requiritur discretio vtentis si sit bene regulata. Nam vt predixi hec verba videbitur expedire. denotant arbitriũ boni viri quod debet ratione regulari: non autem voluntatem liberam que non potest ratione regulari. Faciunt ad hoc notata per Barth. in extrauaganti ad reprimendam. ver. videbitur expedire. coll. xi.

Voli
ꝛ arbi
diffe

Coa
lunta
volu

g Verum. septima pars.

h Non corrigant. Corrigere enim debȝ primo seipsum qui vult alios corrigere. de sta. mo. c. viii. vbi de hoc per Ber. v. seipsis. ꝛ ibi super hoc sunt multe concordantie.

i Statuimus. viij.

k Venustatem. i. pulchritudinem/decorem seu decentiam.

l Faciant obseruari. Simile habes in constitutione othonis q̃ď de habitu. ad finem.

m ¶ Ut clericalis. Hoc eſt ſtatutū Stephani archiepiſcopi in concilio Oxonieñ. et eſt pars huius ſupra ti. p̄xi. c. i. et ꝟ. de teſtamentis. c. i. ⁊ habet quattuor dicta. In p̄mo ſtatuit ne clerici beneficiati vel i ſacris cōſtituti publice teneant concubinas nec cum ſcandalo acceſſum habeant ad eas. In .ii. ibi. Et ſi forte. ponit modū procedendi ꝯ eoꝝ cōcubinas et penaꝫ primo eis infligendam. In tertio ibi. Et ſi nec. addit cōtra eas aliaꝫ penam ⁊ alium modum ꝓcedendi. In quarto ibi. Ipſos autē ordinat circa punitionem ipſorum clericoꝝ ſic delinquētiū.

n ¶ Et infra. hic decidit quod habes ꝟ. titulo proximo. capitu. i.

o ¶ Beneficiati. qualicūq; beneficio quod habetur per modum tituli et per inſtitutionem canonicam vt dixi. ꝟ. ti. p̄xi. c. exterior ꝟ. beneficia eccleſiaſtica. ¶ Sed quid dicemus de decanatu eccleſie ſancti Martini magni London. et aliis que pertinent ad donationem regiam vel alioꝝ viroꝝ tp̄alium ſic ꝙ talia occupantes non habeāt inſtitutionem ab ep̄o nec inductionem ipſius auctoritate ſed omnia expediuntur ꝑ ipſm regem et alios viros tēporales de eorū mandato. Nunquid tales quo ad caſum iſtum et etiam quo ad veſtes que deferri habent a beneficiatis et penas in ea parte inflictas de quibus dixi et patet in textu. ꝟ. titu. p̄xi. c. viii. comprehendantur appellatōe beneficioꝝ. videtur ꝙ non ſaltem intelligēdo de beneficio eccleſiaſtico quod ſine inſtitutione canonica obtineri non poteſt vt legitur in regula iuris beneficium. li. vi. Tales eñ decanatus vt in pluribus non ſubſunt epiſcopo nec eoꝝ decani ab eo nec ab alio iudice ordinario eccl'iaſtico inſtitutionem accipiūt. vnde videtur ꝙ decanatus huiuſmodi non ſint beneficia eccleſiaſtica vel alias ꝙ iuri epiſcopali eſt in eis ⁊ circa ea derogatum. Conſtat nanq; ꝙ inſtitutio ad effectum ꝙ ſit canonica debet fieri per epiſcopuꝫ. xvi. q. vii. c. nullus. cum pluribus cap. ibi ſequenti. in quibus patet ꝙ nec reges nec principes aut laici ſine conſenſu epiſcopi poſſunt clericos in aliqua eccleſia inſtituere. vnde ſm̄ p̄miſſa vt apparet aut talis inſtitutio facta per regem eſt vſurpata ⁊ facta contra iura: aut alias dici debet talis decanatus non eſſe beneficium eccleſiaſticum. Argu. premiſſorum. cui etiam dicto concor. quod legitur de hereticis. c. cum ex iniuncto. ad fi. Preterea ſepe videm⁹ ꝙ clericis etiam de bonis eccleſiaſticis in certis redditibus percipiendis quedam aſſignantur ad ſuam exhibitionem et ſuſtentationem pro certis laboribus ⁊ oneribus ſubeundis que tamē ſic aſſignata quouſq; ad ipſoꝝ vitam durent: beneficia tamē eccleſiaſtica dici non poſſunt. xii. q. ii. quicūq; ſuffragio. xvi. q. i. c. poſſeſſiones. etiam ſi mortuo poſſeſſore talis iuris ſiue officii debeat idem ius ſiue officium alteri in eodem onere ſuccedenti conferri. Ad quod notabiliter facit extra de magiſtris. c. q2 nōnullis. ſi ergo talis ꝑceptio in his que ꝓcedūt de rebus eccleſie nō cēſeatur beneficiū vt ex predictis apparet: multo magis hoc dicēdū eſt cum talis perceptio ſolum cōſiſtit in rebus temporalib⁹, ꝑut de facto eſt videre in dicto decanatu ſancti Martini magni. nec obſtat ꝙ dicatur ꝙ eidem decanatui alique eccleſie ſint annexe vnite et appropriate: q2 eas tenet ipſe decanus nō vt beneficium ſed vt proprietatem, ꝑut alias ſtat. c. cura paſtorali. extra de iure patronatus. ſicut ibi illud. c. intelligit Io. an. et in regula iuris beneficium. ꝟ. obtineri. li. vi. Et pro hac ſententia multum benefacit quod legitur de preben. c. per litteras. vbi patet ꝙ hoſpitalia leproſarie xenodochia ⁊ huiuſmodi licet habeant eccleſias cymiteria decimas et alia iura eccleſiaſtica: nō tamē ꝯtinētur appellatione beneficioꝝ eccleſiaſticoꝝ quia ea habēt vt acceſſoria non tamē per viam principalitatis. Preterea ad naturam beneficii eccleſiaſtici non electiui ſpectat vt ſit permutabile cum alio beneficio vbi ſubeſt cauſa rationabilis et legitima per ſuperiorem approbanda ſicut patet ex natura titulorum de reꝝ ꝑmuta. in antiquis. lib. vi. ⁊ in clem. Sed in decanatu ſancti Martini magni ⁊ ſimilibus nō habet locum permutatio vt infra dicam. ergo talis decanatus non ſapit naturam beneficii eccleſiaſtici. Qꝫ permutatio in talibus locum non habeat oſtenditur. Nam in permutatione beneficiorum requiritur conſenſus et auctoritas epiſcopi. extra de re. permuta. c. queſitum. et c. cum vniuerſorum. Cuius officiū in talibus eſt ex cauſa neceſſaria vel vtili ipſi beneficio beneficiatum de vno loco ad alium transferre vt patet in dicto. c. queſitum. Unde alius cui hoc de iure non conceditur hoc vſurpare non debet. i. q. i. ꝟ. ſicut ergo. de priuileg. c. ſane. cum concor. ibi notatis. Eſt eñ ep̄s in beneficiis eccleſiaſticis preordinator et diſpoſitor. xxv. diſt. Perlectis. Et vnaqueq; eccleſia regenda eſt prouiſiōe epiſcopi. x. q. i. decretum. et c. regenda. cum ſimilib⁹. Cum ergo in dicta eccleſia epiſcopus loci poteſtatem non habeat nec preordinationem aliquam. imo nec quiuis alius iudex eccleſiaſticus ſatis apparet ꝙ decanatus ipſe non ſapiat naturam beneficii eccleſiaſtici. Item ad confirmationem huius dicti applicari poteſt ꝙ in pluribus aliis deficit ipſe decanatus que ſapiunt naturam beneficii eccleſiaſtici. Non enim eſt in eius collatione ſiue preſentatione certum tempus limitatum nec cōtra patronū currit deuolutio cum tamē in beneficiis eccleſiaſticis cōtrarium obſeruetur. extra de cōceſ. preben. c. ii. viſitatur etiam vt pluries ꝑ merelaicum quia per regis cancellarium qui de neceſſitate nō erit clericus ſed poteſt eſſe vir in ſtatu laicali cōſtitutus cum tamē beneficia eccleſiaſtica epiſcopos pro viſitatoribus habere debeant. de cenſibus in antiquis. ⁊ in ſexto quaſi per totum. de preſcript. c. cum ex officii. cū ſimilibus. ¶ Ad oppoſitum videtur. Nam illud beneficiū dicitur eccleſiaſticum quod quis obtinet per modum tituli ⁊ iur perpetuo, ꝑut notatur de reſ. do. c. quia contingit ꝟ. beneficium. per Paulum. in clem. ⁊ per Iohā. an. in addi. de cleri. cōiuga. c. Iohannes. ꝟ. Quarto veniamus ad tāgenda. et ea ratione ſic intitulatus facit fructus ſuos et tenetur ad horas canonicas ſicut alii clerici quibus preeſt vt notat Paulus in loco preallega. Sed in decanatu de quo loquimur confertur titulus et etiam habetur inductio licet non per ꝯſenſum epiſcopi expreſſum tamē fit per regem et de ipſius mandato ex ꝯſenſu epiſcopi tacito vt infra dicam. Et cōfertur non ad tempus ſꝫ ꝑpetuo. obligatur inſuper ad horas canonicas ſicut ceteri clerici quibus preeſt, ꝑut predicta vt eſtimo colligi poterunt ex fundatione eiuſdem ergo ⁊c. Qꝫ autem ſufficit ꝯſenſus epiſcopi tacitus licet non expreſſus in hac parte Notat Bern. ſm̄ vnam opinionē in capitu. cura paſtoralis. ꝟ. legittimo. de iure patrona. q̄ etiam opinio ibi recitatur per Hoſtieñ. Et hanc ſententiam tenent Vincen. et Phi. extra de inſtitutis. c. ex frequentibus. licet alii teneant cōtrarium vt notatur. xvi. queſt. vii. Si quis deiceps per Archidiaco. Cum predicta etiam opinione concordare videtur Vincen. et Innocen. dicto. c. cura paſtoralis. ꝟ. legittima. in fi. glo. qui dicit ꝙ tacitus conſenſus habetur pro titulo. alle. ad hoc extra de his que fi. a prela. ſine ꝯſenſu capituli. capitu. ii. et. iii. Et idem notat Archidiaco. i. queſt. i. nullus epiſcopus. in glo. adde hoc tene pro regula. Et cōcor. Petrus de anchorano in dicto capitu. cura. ¶ Preterea vbi res aliqua continet in ſe qualitates diuerſas eam talem iudicabimus qualis magis apparet. patet exemplum. ff. de ſta. ho. l. queritur. ff. de teſtibus. l. repetundarum. ꝟ. fina. cum ſimilibus. Unde cum in decanatu predicto ſit dare vnam vel duas qualitates que illū oſtendūt non eſſe beneficium eccleſiaſticum. vtputa donationē regiam. ⁊ alia de quib⁹ ſupra dixi. plures tamē habet qualitates alias ꝑ quas apparet ipſum eſſe beneficium eccleſiaſticū. Habet nanq; omia inſignia beneficii eccleſiaſtici quia habet eccleſiam nauem ſcilꝫ et chorum et campanile cum campanis. capitulū. clauſtrum. et cymiterium. Habet inſuper baptiſterium parrochianos et miniſterium ſacramentorum et ſacramentalium que omnia miniſtrāda ſūt ꝑ decanū vel aliū de ipſius mādato, ꝑut hec oīa patēt de facto ⁊ de notorietate facti ꝑmanētis circa que nō op; iura allegare. Habet inſup imunitatē eccl'iaſticā tā ꝓ ꝑſonis q̄ꝫ rebus cōuolātiū ad eādē ꝯferri his reb⁹ q̄ꝫ. ꝑcinctū eiuſdē ineuntiū. hꝫ ēt iuriſdictōnem eccl'iaſticam a iuriſdictōne ep̄i nullatenus dependentem ſed ab ea diſtinctam et ſeparatam. Igitur ex his omnibus

Tacit⁹ cōſenſus ꝑ titulo habet

¶ Clerici in ſacris ac beneficiati domi ꝯcubinas nec habeāt nec ad proſtitutas cum ſcandalo accedāt: aut ſi admoniti non deſiſtant interdicatur eis ſacramentis eccleſiaſticis. A quib⁹ ſi non abſtinuerint excommunicētur et beneficii ſubtractione puniantur.

n ¶ Beneficij. Intellige de tali beneficio in quo requiritur inſtitutio canonica. Secus tamē eſſet in beneficio tēporali ad vitaꝫ concedentis forſan conceſſoris: ſiue fiat in penſione certa vel in portione recipienda. Nā talē penſionē vel portionē bene pt̄ ꝯcedere rector alicui in eccleſia ſua etiam ſine cōſenſu patroni vel epiſcopi cum in hoc ipſius ſolius ſit preiudiciū vt dicit Paulus i cle. pretalle. in fi. glo. ꝓcedētis. Poteſt etiam cōcedere alicui ordināndo titulum in eccl'ia ſua vt ſcꝫ alimentetur ſi egeat et ius huiuſmodi alimentationem petendi nō durat vltra tempus talē titulum ꝯcedētis ꝑut ſentit Jo. lxiij. di. principali et etiam Petrus de ancho. d. c. penul. de iure patro. lꝫ gloſa ibi vacillet.

o ¶ Quaſi hoc. ſcꝫ beneficium ſic aſſignatum. Et nota q̄ hec dictio quaſi hic ſtat ſimilitudinarie: ⁊ ꝯcor. in ſili. ff. de ꝓcu. l. ſi ꝓcuratorem. in fi. ff. ex quibus cau. ma. l. ait pretor. §. Item et. vbi de hoc in glo. Quandoq hec dictio quaſi eſt nota veritatis. eꝫ de decimis. c. parrochianos. vbi de hoc ꝑ Ber.

Dictō quaſi varie ſumitur.

p ¶ Alio beneficio. ſcilicet curato vt ſequitur tali videlicet quod cum beneficio de quo hic loquitur ſit incompatibile. Pro quo vide quod ſcripſi. ſ. de preben. c. audiſtis. §. decernimus. v. Incompatibilia.

q ¶ Cura aiaꝝ. ſupple ꝑncipaliter. Secus ſi ſcḋarie vbi cura in eccleſia ꝑochiali curata ꝓbēde annexa. de ꝓben. c. ſup eo. li. vj. Et q̄ ſunt illa beneficia quibus annexa eſt cura aiaꝝ vide. ſ. de ꝓbē. c. audiſtis. v. curam animarum.

Bonifacius.

¶ Clericis pauperibus ad diuinum officium idoneis et rectori ſuo obtemperaturis: conferantur aque benedicte ferende beneficia: et a parrochianis alimenta.

A Noſtris maioribus[a] ⁊ infra. Statuimus ꝙ clericis[b] pauperibus[c] aque[d] benedicte beneficia[e] conferantur. Et quia[f] inter rectores et vicarios eccleſiarum ⁊ ſuos parrochianos ſuper collatione huiuſmodi beneficiorum lites nõnũꝗ̃ audiuimus ſuſcitari[g]: quas ſicut cordi nobis eſt amputare[h] debemus: decernendo ſtatuimus vt iidem rectores[i] et vicarii quorum magis[k] eſt ſcire qui ad huiuſmodi beneficia exiſtunt ydonei tales clericos i predictis beneficiis preficere[l] ſtudeãt: q̃ iuxta corda[m] coꝝ ſciant[n] et valeant[o] in diuinis[p] officiis ſibi congrue[q] deſeruire[r] et ſuis velint obtẽperare[s] mãdatis[t]. Quibus[v] ſi parrochiani malicioſe[x] ſubtrahere

a ¶ A Noſtris maioribus. Hec conſtitutio aſcribitur in quibuſdam libris Bonifacio archiepo. Et in quibuſdaꝫ Roberto wynchelſee. Et habet tria dicta. In primo decernit ꝙ officiũ aque baiulatus conferatur vt beneficium eccleſiaſticũ. In ſecũdo ibi. Et quia. Statuit illud conferri debere per curatũ eccľie. In tertio ibi. Quibus ⁊c. vult parrochianos compelli ad preſtandũ ipſis aq̃ baiulis elemoſynas conſuetas. — Diuiſio.

b ¶ Clericis. Non ergo laicis. Et intelligas illũ quo ad hoc eſſe laicuꝫ q̃ nõ eſt ordinatus licꝫ alias ſit cõpetentis litterature. xii. q. i. duo ſunt. de eta. et qua. cum contingit. Si etiam bigamus ſit licet prius fuerit ordinatus tñ inter laicos debet cõputari quia talis omni priuilegio clericali nudatus eſt. de bigamis c. alterationis. li. vi. Si autem fuerit cõiugatus non tamen bigam' dũ tamen habitum et tonſuram gerat clericales: habebitur vt clericus in duob' vt ſcꝫ in perſona gaudeat priuilegio clericali iuxta. c. ſi quis ſuadente. xvii. q. iiii. Et vt non trahatur coram iudice ſeculari. de cleri. cõiu. c. vnico li. vi. In ceteris vero habebitur vt laicus. Quia quod de vno cõceditur in alio denegatur. xxv. diſ. Qualis. et ꝓpterea dicit Frãciſcus ꝙ clerici cõiugati in eccľia ſtabunt inter laicos et non inter clericos. et all. Io. an. dicto. c. vnico. et ſic nota. in. c. i. de vit. et honeſt. cle. ꝟ. nota ſcďo ꝑ Petrum de ancho. Unde et premiſſis apparet ꝙ iſtud officium de quo hic loquitur non debet conferri clerico cõiugato. Quia clericus iſte habet deſeruire preſbytero in altari: ſecum cantare: et epiſtolam legere. de vit. et honeſta. cleri. c. vt quiſqꝫ. Sed vt predixi clericus coniugatus non ſtabit nec ſedebit inter clericos ſed inter laicos: ergo ⁊c. Puto tamen ꝙ in defectum clericoꝝ non cõiugatoꝝ bene poſſent aſſumi ad tale officiũ clerici cõiugati dũmodo non ſint bigami et gerãt habitum et tonſuram clericales. ar. ad hoc de reſ. do. c. inter quatuor. xxviii. di. de ſyracuſane. de cleri. coniu. c. Iohannes. Nec obſtant prius allegata: quia in hoc caſu neceſſitas excuſat maxime adiuuante ad hoc cõſuetudine iuxta notata per Innocen. dicto c. i. de vita et honeſta. cleri.

c ¶ Pauperibus. Quibus ſcilꝫ parentum et ꝓpinquorum bona non ſuffragantur. i. q. ii. clericos.

Nõ de effectu aq̃ benedicte. d ¶ Aque benedicte. De hac habetur de conſecra. di. iii. Aquam. Et ibi patet ad quid ordiatur et de eius effectu: et ꝙ delet venialia et ꝙ non eſt ſacramentum ſed ſacramentale notatur ibi ꝑ archidia. Item de figuris veteris teſtamenti quo ad huius aque aſperſionem habes de conſe. di. iiii. nec quiſꝙ̃.

Beneficiũ e ¶ Beneficia. Large ſumit̃ hec dictio beneficiũ ꝓut eſt beniuolus actus tribuens gaudiũ capienti vt in libro feudoꝝ. ti. in quibus caſibus feu. amit. c. obertus. ꝟ. in primis. Unde et preſtimonia et penſiões et alia huiuſmodi que ſeruitoribus et miniſtris eccleſiaſticis conceduntur abſqꝫ titulo beneficia dici poſſunt. xvi. q. i. poſſeſſiones. et dixi de hoc. ſ. de cleri. coniu. c. i. ꝟ. eccleſiaſtica beneficia.

f ¶ Et quia. Secunda pars.

g ¶ Suſcitari. Parrochianis forſan aſſerentibus collationem huiuſmodi ad eos ſpectare: rectoribus vel vicariis contrarium aſſerentibus.

h ¶ Amputare. Concor. extra de do. et contu. c. finem litibus. vbi de hoc ſunt ꝯcor. Sed melius ad propoſitum. xc. di. placuit. et. c. ſtudendum.

i ¶ Rectores et vicarii. Intelligo h̃ ſingulariter vt ſcilꝫ in eccľia vbi eſt rector fiat hoc per rectorem. Ubi vero ſolũ eſt vicarius h̃ fiat per vicarium. Queſtio. q. Sed quid ſi ſunt in vna eccľia rector et vicarius quis eorum conferet iſtud officiũ? videtur ꝙ vicarius: quia cum eius ſit exercitiũ cura animaꝝ vt dixi ſupra de cle. nõ reſid. c. preterea. ꝟ. vicarios. et in curati adiutoriũ ordinatur talis clericus vt in. c. vt quiſqꝫ. de vita et honeſta. cle. ꝓ vicariũ ipſm vt videtur veniet eligendus: cuius eſt talem ſibi eligere qui ſibi i his que ad eius officiuꝫ ſpectãt valeat deſeruire. Puto tñ ꝙ ꝑ rectoreꝫ debet inſtitui qui in eccľia ꝑncipalis ⁊ caput exiſtit et a cuius iure tanꝗ̃ ꝑncipali vicarii portio depẽdet. Sufficit enĩ curã gerenti ꝙ clericum ſecũ habeat vt in. d. c. vt q̃ſqꝫ. licet ipſe eũ non eligat vt ſibi inuiſ. Unde ſicut nõ abſqꝫ patrono cuius ꝓpriũ eſt miniſtros ꝑncipales eccľie ꝑſentare poteſt aliquis in eccľia inſtitui. xvi. q. vii. decernim'. Sic nec poteſt talis clericus inſtitui abſqꝫ rectore cui' eſt proprietas cure in eadem vt dixi dicto c. preterea. verbo vicarios. ſ. de cleri. non reſid. Poteſt tamen nõ incõgrue dici ꝙ talis cleric' inſtitui ſiue deputari debet ꝑ vtrũqꝫ ſcꝫ tam ꝑ rectorem ꝗ̃ ꝑ vicarium cum vtriqꝫ coꝝ talis clericus miniſtrare et ſubeſſe debeat ſicut al's contingit in decano rurali qui eligitur tam per epm ꝗ̃ ꝑ archidiaconũ cum ſit miniſter cõis vtriuſqꝫ. extra de offi. archidia. c. ad hec. in fine.

k ¶ Magis. Supple ꝗ̃ parrochianoꝝ. Et conſidera bene hanc litteram. Non enĩ dicit ꝙ rectores et vicarii magis ſciunt q̃ ſunt ydonei ad tale officiũ. ſed ꝙ coꝝ magis ꝗ̃ parrochianoꝝ eſt ſcire qui ſũt ydonei. Poteſt enĩ eſſe ꝙ aliqui parrochianoꝝ viri bene litterati magis ſciunt tam in lectura ꝗ̃ in cantu et aliis infra eccleſiaꝫ ⁊ extra per tales clericos agendis qui ſint ydonei ꝗ̃ ipſius eccleſie rector vel vicarius. Sed magis ꝑtinet talia ſcire ad ipſos rectores vľ vicarios ꝗ̃ ad parrochianos qꝛ magis circa talia verſari debet ipſoꝝ rectoꝝ et vicarioꝝ officiũ et ipſa magiſ ſcire tenentur. Ad quod faciũt ꝑ me ſupius notata de ſum. trini. et fide catho. c. i. ꝟb. ſciat: ibi videas.

l ¶ Preficere ſtudeant. Ad prelatum enĩ ꝑtinet in eccleſia ſua inferiores miſtros inſtituere: nec poteſt patronus tale ius ſibi vendicare ꝓut clare notatur. lxiii. di. ꝑncipali. ꝑ Io. et etiam ꝑ archidia. Et ad idem applicari põt qđ legit̃ et notat̃ de filiis pꝛſbyte. c. propoſuit. cum ſua gloſa. Si ergo hoc patronus in eccľia facere nõ põt: multo minus hoc poterũt facere parrochiani.

m ¶ Corda coꝝ. ſ. rectoꝝ ⁊ vicarioꝝ et debet iſtud intelligi inquãtum humana fragilitas ſcire patitur. extra de ſcruti. in ordi. faci. capitu. vnico.

n ¶ Sciãt. In hac ſcia reqrit̃ vt ſciãt lectiones ⁊ epľas legere: reſpõſoria / gradualia ⁊ alia hmõi cãtare. xxv. di. ꝑlecti. ꝟſ. ad acoliſtũ. cũ duob' ꝟſ. ſeq.

o ¶ Valeãt. ſ. de iure ⁊ de facto. De iure vt qꝛ nõ ſint bigami vľ alias ꝯiugati. Pro q̃ dic vt dixi. ſ. c. ꝟ. clericſ. de facto: ita vt nõ ſint mutilati egrotãtes vľ alio ipedimẽto canõico detẽti. ex. de corpo. vicia. de cleri. egro. ꝑ totum.

p ¶ Diuinis officiis. ſ. miſſa / matutinis / ⁊ aliis horis canonicis. xii. di. de his. xcii. diſ. c. vlti.

q ¶ Congrue. id eſt conuenienter vicꝫ temporib' debitis.

r ¶ Deſeruire. Hoc qđ h̃ dẽ nõ ſolũ intelligas de officiis inquãtũ ſonãt ꝓ horis canonicis: ſꝫ ẽt in ſacramẽtis ⁊ ſacꝛalib' miſtrandis quoꝝ miniſtratio nulli dubiũ quin ſit officiũ diuinum.

ſ ¶ Obtemperare. id eſt obedire.

t ¶ Mandatis. maxime circa ea que ad officiũ diuinum pertinent. Pro quo vide. ſ. de maio. et obe. c. i. ꝟb. parebunt.

v ¶ Quibus. Tertia pars.

x ¶ Malicioſe. poſſent ei parrochiani eos forſan de facto repellere quia ꝑ eos vel de eorũ conſenſu nõ ſunt introducti quorum velint elemoſynas' conſuetas': ad ipſas largiēdas ſibi ſollicite moneantur'. Et ſi opus' fuerit per quaſcūq3' cenſuras eccleſiaſticas diſtrictius compellantur'.

Johannes ſtratford

Procurantes per breuia beneficia plena et occupata ſibi cōferri ſine ſufficienti vacationis per decanū demonſtratione: maiori excommunicatiōi ſubiaceant: et admiſſi effectu careant: admittentes vero ſuſpenſi ſint: ſalua legitima ordinariorum poteſtate.'

✣ ✣ ✣

Eſurientis' auaricie et infra. preſentis cōcilii ꝓuiſiōe Statuim' ꝙ quicūq3 clerici' ad dignitates'

tamen malicijs obuiandum eſt. de reſcrip. c. ſedes. nec eſt per iudicem iuſtū huiuſmodi malicijs indulgendum. co. ti. c. pleruq3. et eo ipſo preſumitur malitia ꝙ eum repellūt. Sicut Alias notat de iure patrona. c. paſtoralis. §. malicioſe. ꝑ Ber.

y Elemoſynas. propter quarū ſubtractionē ex dei ira mundus fame et penuria premit. xvi. q. i. Reuertimini. Et ex hoc ꝙ dicit elemoſynas poteſt colligi ꝙ tales clerici nō poſſunt aliquid vendicare per viā certi beneficij ſiue dotationis ratione ſui aquebaiulatus. Sed ipſorū ſuſtentatio per eos colligi et leuari debet a parrochianis ſm morem et cōſuetudinem patrie. et hoc eſt quod ſequit.

z Conſuetas. hec eñ conſuetudo conſiderari debet ſm morem antiquitus obſeruatum. que etiam inquantum cōcernit augmentationem cultus diuini in eccleſiaſticis officijs volūtarie imutari nō debet. Sed ad hoc parrochiani compelli poſſunt per epm vt infra ſequitur. pro quo vide quod dicam in glo. fi.

⁊ Moneantur. nō ſolū per ipſos curatos ſed potius ꝑ locorū ordinarios. Et nota ꝙ monitio precedēs facit nō parentem eſſe in dolo. ff. de edendo. l. quedam. §. Jo autem. cum glo. Et debet talis monitio eſſe canonica de quā habetur de app. c. reprehenſibilis. glo. i. Et debet eſſe trina vel vna pro omnibus habēs aliquorū dierū cōpetentia interualla. de ſenten. excō. c. cōſtitutionē. li. vj.

a Opus fuerit. ſc3 quia aliter obedire nolūt.

Tria ſt cē ſur gña.

b Quaſcūq3 cenſuras. quarū tria ſunt genera ſc3 ſuſpenſio / excōicatio / ⁊ interdictum. de verb. ſig. c. querenti.

c Compellantur. Contra iſtud facere videtur. c. vt quiſq3. de vita et honeſt. cleri. vbi apparet ꝙ clericus huiuſmodi debet ſuſtineri de bonis eccleſie. dicūt namq3 ibi doctores ꝙ eccleſia intantum debet dotari vt curatus ſecū poſſet habere ſociū vel ad minus clericum qui poſſit et debeat ea facere que ibi recitantur. Sed dic ꝙ illud de quo hic loquitur habet locū a parte conſuetudinis quam eo ꝙ laudabil' eſt: ſeruare tenēt ꝓchiani: ⁊ ad hoc compelli pñt. extra de ſymo. ad apoſtolicā. vbi de hoc. Illud vero loquitur de iure cōmuni ⁊ ex honeſtate nō ex neceſſitate ſ3 Petrum de ancho. in dicto. c. vt quiſq3. in prin. et nota ꝙ in hac materia poſſet dici cōſuetudo laudabilis illa que forſan eſt introducta vt vnuſquiſq3 paterfamilias die quolibet dñico clerico deferenti aquam benedictā aliquid ſm exigentiam ſtatus ſui tribuat. Et ꝙ in natali dñi habeat a ſingulis domicilijs vnū panem et etiam certa oua ad paſcha. et in autūno certas garbas. poſſet etiam dici conſuetudo laudabilis vt clericus talis ſingulis anni quarterijs aliquid certū habeat in pecunia ad ſuam ſuſtentationem qd colligi debeat ⁊ leuari in tota parrochia. Talis nāq3 cōſuetudo tanq3 laudabilis eſt ſeruanda. ⁊ ad hoc cōpelli debēt parrochiani officio iudicis licet iure actionis talis ſuſtentatio peti non poſſit: facit ad premiſſa. xj. diſ. in his. cū ſimilib'. ex quo eñ ꝓchiani tanto tempore ſic ſoluerunt preſumitur ab initio ſe ad id voluntarie obligaſſe. non eñ cogendus eſt talis cleric' expenſis ꝓprijs militare. x. q. vlti. relatum. xij. q. ij. caritatem. Et hec vera intelligas quando ꝓchiani ſunt ſoluendo. Alioquin curatus debet talem clericum exhibere vt in dicto. c. vt quiſq3. preallē. ⁊ facit ad hoc. xij. q. iij. cauendū. ⁊ hoc verum ſi beneficium ſuum ambobus ſufficiat vt dixi. ſ. in princi. glo.

Diuiſio.

d Eſurientis. Hec eſt conſtitutio Johannis ſtratford nō tamen aliqua earū que continentur ſub cōſtitutionibus q̄ incipiunt ſponſam xpi ſacroſanctam. Et habet tria dicta ꝑncipalia. In primo facit ſtatutum penale cōtra ꝓcurantes ſe ꝓmoueri ad beneficia eccliaſtica que ſunt plena de facto licet non de iure et qui cum hoc omiſſo ꝓceſſu canonico cōtra incūbentes tales in foro eccliaſtico mouendo vexant ordinarios vel alios ꝑ breuia regia in foro ſeculari ratione non admiſſionis ſue vel impedimenti quo minus admittantur ad eadem. In ſcdo ibi. Si vero. Statuit quid in hoc caſu fieri et ſeruari debeat tam in pſona admittentis q̄ admiſſi contra predictum ſtatutum et etiā eius qui patitur ſe induci in poſſeſſionē talis beneficij cōtra iſtud ſtatutum. In tertio ibi. Per premiſſa. Proteſtatur de nō artando per hoc ſtatutū epos et eorū collatarios quin poſſent beneficia ad ipſorum collationem ſpectantia quibus alij de facto incumbūt conferre. et ꝙ collatarij ipſorū collationem ſuam poſſent admittere iſto ſtatuto non obſtante.

e Clerici. De his loqt quia laici ad beneficia de quibus hic loquitur nō ſunt capaces. de inſti. c. ij. cum ibi notatis ꝑ doctores.

f Dignitates. dignitas pſonatus et officiū vt notat Jo. an. de ꝓbē. c. de multa. ſunt ſynonima ſicut colligi poteſt in. c. cum acceſſiſſent de conſti. Et facit ad idem de reſcrip. c. ad aures. et hoc verum ſumendo vocabula in genere. ſumendo tamen ſtricte et in ſpecie differūt. facit de reſcri. c. ſtatutum. in ꝑn. li. vj. de conſue. c. j. de eo qui mit. in poſ. c. cū q̄. de preben. quia ſepe. co. li. de iudicijs. c. ij. in cle. et in extraua. execrabilis. Eſt ergo dignitas ſpecialiter loquendo vt notant Jo. an. ⁊ Innocen. Illa que ſm inſtitutionem vel conſuetudinē eccleſie habetur pro dignitate. Unde qui preeſt aliquibus et habet iuriſditionē licet nullam habeat adminiſtrationē tpalem tamē dicitur habere dignitatē vt in. c. volumus. lxxxix. di. Et ſic tēporalis adminiſtratio nō cōcludit dignitatem ſed requiritur ꝙ habeat officiū ꝑpetuū ⁊ adminiſtrationē ꝑpetuā. de ſtatu mona. c. iij. Unde ⁊ illi qui habēt aliquod officiū ſine adminiſtratione ⁊ ſine iuriſditione ſicut ſunt ſindici / ꝓcuratores pulſatores campanarum et huiuiuſmodi non dicuntur habere dignitatem. Sec' tamen eſſet ſi haberent aliquam iuriſditionem. ff. de offi. ꝓcu. ceſa. l. j. Et idem quod prius dictum eſt de dignitate dicunt doctores predicti de perſonatu. vt videlicet ille dicatur pſonatus qui de inſtitutione vel ꝯſuetudine eccleſie talis habetur ⁊ reputat. ⁊ hec loquendo de facto ꝓcedunt. De iure vero cognoſcitur dignitas vel pſonatus eo ipſo ꝙ aliquis habet ſub ſe ſubiectos ratiōe iuriſditionis ꝑpetue. Hec ſm Jo. an. Aliter poteſt dici ſm Archidia. de ꝯſue. c. j. li. vj. Dignitas cognoſcitur altero de trib' modis. Primo quando beneficium habet adminiſtrationem rerū eccleſiaſticarū cum iuriſditiōne vt dicto. c. volumus. Secundo ex eo ꝙ habet nomen dignitatis cum prerogatiua in choro ⁊ capitulo. extra de conſue. cum olim. Tertio quando conſtitutio vel conſuetudo eccleſie habet ꝙ beneficiū habeatur et reputetur ꝓ dignitate. hec dicit Archidiaco. ꝓcedere de iure cōi. Sed domini de rota cōcluſione. clxviij. dicūt ꝙ excuſſa conſuetudine et reputatione eccleſie cath. de iure cōi nullū beneficiū ſonat in nomen dignitatis vel pſonatus excepto Archidiaconatu et archipreſbyteratu ⁊ hoc ꝓpter preeminentiā et iuriſditionem quam hñt ſup alios. Ut patet in titulis de offi. archidia. et de offi. archipreſ. ꝑ totum. In eccleſia vero collegiata ille qui eſt caput ipſius eccl'ie dicitur eſſe in dignitate vbi de illa prouidetur ꝑ viā electionis et confirmationis epiſcopi. faciunt ad hoc notata de offi. ordi. c. cum ab eccliarum. predictis cōueniunt notata ꝑ wil. in cle. j. de ꝓben. vbi dicit ꝙ dignitas eſt preeminētia in eccleſia q̄ ad forū cōtencioſum gradū tenens Que quādoq3 dicitur perſonatus quia honoratur perſona. Quandoq3 officiū quia officiat de cōſtitu. cum acceſſiſſent. Quandoq3 vero habet nomina ſpecialia vt cuſtodia. de inſtitu. c. fi. Succentoria de exceſſ. ꝑla. c. inter. Decanatus: de reſcrip. ad aures. prepoſitura: de re iudi. c. cum olim. de Archipreſbyteratu ⁊ prioratu eccleſie ſecularis dicit ꝙ ſi ſaltem habeat in modicis ſpūalem iuriſditōnem in foro contencioſo excōmunicando ſuſpendendo vel interdicendo ſonat in nomen dignitatis. de elect. dudum. ij. §. tandem. ſi nullam habeat iuriſditōem ſ3 ſolū viſitat et refert epo tūc ſimplex officium habet ſecūdū eum. De prioribus regularibus dicit ꝙ ſi immediate preſunt collegio vel cōuentui ⁊ ſunt ꝑncipales dicunt habere

Dignitas.

Qualit cognoſcat dignitas vel pſonatus.

dignitatem ſm̄ ea que notantur de reſcrip. c. ⁊ ſi pͥcipalis. i cle.

g ¶ Perſonatus. hi ſm̄ quoſdam cognoſcuntur ſm̄ modū poſitum in glo. prece. Uel dic ſm̄ Archidia. q̄ ꝑſonatus cognoſcitur ex prerogatiua chori vel capituli in actibus ibi agendis poſt exiſtentes in dignitate videlicet ſedendo / ſcribendo / ⁊ huiuſmodi. de elec. dudum. ij.

ꝑſonatus[g] officia[h] vel prebendas[i] aut alia beneficia eccleſiaſtica quecunqꝫ[k] plena et occupata de facto[l] ſe preſentari ſeu ea ſibi cōferri[m] per quemcunqꝫ[n] de cetero procurantes[o] ſi directe vel indirecte virtute

h ¶ Officia. hec cognoſcūtur ex habitu adminiſtrationis videlicet quādo aliqui habēt adminiſtratōnē rerū eccleſie ſine prerogatiua chori vl' capituli vltra alios ſui ordinis. ⁊ idem ſi quis habet id quod habet onus annexū ſine honoris prerogatiua ſm̄ archidia. dicto. c. j. de cōſue.

Prebēda et canonia dūt.

i ¶ Prebendas. prebenda differt a canonia. Nam canonia eſt ius ſpūale quod aliquis aſſequitur in eccleſia per receptionē in fratrem et aſſignationē ſtalli in choro ⁊ loci in capitulo. de q̄ plenius notatur per wil. in cle. ſi iuxta de preben. Prebenda vero eſt ius ſpirituale recipiendi certos ꝓuētus ꝓ meritis in eccleſia cōpetens percipienti ex diuino officio cui inſiſtit: et naſcitur ex canonia tanq̄ filia a matre ꝓut notat wil. dicto. c. ſi iuxta. ℣. prebēdam. Et ſic nota q̄ prebenda eſt nomen iuris quia nō ꝯſtituitur tantum ex poſſeſſionibus ſed ex iure canonie cui annectitur que ſine redditu non poteſt cōſtitui quia ſic non eſſet quid prebēdario preberetur. j. q. iiij. Si quis obiecerit.

k ¶ Quecūqꝫ. ſci. titulum canonicū requirentia.

l ¶ De facto. licet non de iure quia forſan incumbens iuſtum titulum non habet.

m ¶ Conferri. forſan per executorem ꝓuiſionis apoſtolice vl' aliū qui nō eſt ordinarius collator ꝓpter id quod dicitur. j. e. c. ij. Nam ad effectū q̄ per tales poſſit fieri collatio requiritur q̄ beneficiū vacet de iure ⁊ de facto ſm̄ Goffre. in ſūma de cōceſſ. preben. in prin. et nota. ꝑ Archidia. de preben. c. licet epiſcopus. ℣. conferre. li. vj. Ad quod facit de cōceſ. preben. c. cum noſtris. et c. litteras. Et circa hoc vide notata ꝑ Ber. compoſt. de reſcrip. c. Capitulum ſancte crucis. glo. quia queſtiones. ℣. ſed nūq̄d executor ad ꝓuidendum danis.

n ¶ Quecūqꝫ. qui nō eſt ordinarius collator vt dixi glo. ꝓxi.

o ¶ Procurantes. Hoc q̄d hic dicitur videtur fundatum eſſe ex dictis Hoſti. in ſūma. ti. de ꝯceſ. preben. ℣. ⁊ vtrū. in prin.

Queſtio.

¶ Sed hic quero quid ſi gratis ipſis a principio ignorantibus ſint preſentati ad aliquod tale beneficiū vel illud fuerit eis collatū abſq̄ procuratione eorum nūquid ſi admiſſionē talis beneficii ꝓſequantur ꝑ breuia regia vt hic innuitur abſq̄ eo q̄ incūbens de facto prius amoueatur per iudicem competentem ſint per iſtam conſtitutionem ipſo facto excōicati. videtur q̄ ſic quia licet in penalibus non debeat fieri lata extēſio. de pen. diſt. j. pene. cum ſimilibus. tamen vbi omnino ſubeſt eadem ratio debet idem ius ſeruari etiam in caſu nō expreſſo. Ad quod faciūt notata in. c. j. de tempo. ordi. ℣. etatis. ꝑ Jo. an. li. vj. Et illam glo. dicit petrus fore ſingularem. Anthonius de butrio in. c. fi. de conſue. ꝓut eū recitat Dominicus de ſancto geminiano dicto. c. j. de tēpo. ord. ponit ꝓ concluſione vera q̄ conſtitutio penalis licet detur omnimoda ſimilitudo et ſubſit eadem ratio nō tamē recipit per hominem extenſionem ad non expreſſa. Quia talis extenſio fieret per hominē non habentem poteſtatem condendi legem. Et ꝓbatur expreſſe in. c. cōſtitutionem de regula. li. vj. Ubi ſtatutum loquens de predicatoribus et minoribus nō habet locū in aliis mendicantibus licet ſubeſſet eadem ratio. ſed fit ꝓrogatio auctoritate illius qui legem potuit condere. Sed ſcire debes q̄ ex ratione legis vel conſtitutionis poteſt per ipſam legem vel aliā conſtitutionem fieri extenſio in multis caſibus.

Quot modis fit extēſio leg' vel ꝯſtitutōis.

Primo quādo verba ꝯſtitutionis vel ſtatuti poſſunt trahi ad caſum in quo idē concludit maioritas vel paritas rationis etiam ſm̄ latiſſimam ſignificationem verbi. verbi gratia verba ſtatuti puniūt occidentē q̄ multo magis vulnerare. quia vulnerans poteſt dici occidere quo ad vulnerantis intentū. ff. ad. l. aquil. l. Jllud. prȳ et exemplū in ſtatuto q̄d ꝓhibet filiā ſuccedere exiſtente maſculo. nā extendit ad nepotem a maioritate rōnis. ff. de ℣bo. ſig. l. liberorū. ⁊ notata Nicholai de maſcarellis. in. l. j. C. que ſit lon. conſu. Et q̄ fiat extenſio a paritate rationis de ſtricta ſignificatione vocabuli ad latam faciūt notata ꝑ Jo. an. de elect. c. fi. glo. ij. li. vj. vbi nōt q̄ verbum electionis extenditur ad preſentationem. Et concor. notata per Paulum in cleñ. j. de elec. ℣. eligatur. Solet nanq̄ dici q̄ in his que ſunt fauorabilia ⁊ etiā licet ſint damnoſa rebus fiet extēſio vt notat Barth. C. ſi aduer. vendi. auten. ſacramenta puberum. Et hoc quod dixi de extenſione vocabuli fienda a maioritate vel paritate rōnis. verum eſt niſi vbi ſtatutū q̄d debet extendi eſt penale ⁊ correctoriū ſimul. Nam tūc arguēdo a maioritate rōnis habet locum extenſio: non tamē a paritate rōnis. Et ſic ſtant notata Johā. an. in regula iuris ignorantia. li. vj. et ſic ſtat glo. Jo. an. ℣. in eiſdē. in cleñ. vt hi. de eta. ⁊ qualita. Secundo quando caſus ad quem fit extenſio habet ſe correlatiue ad caſū expreſſum ⁊ eſt eadem ratio. ⁊ hoc eſt verum niſi lex cuilꝫ ex correlatiuis ſeparatim imponat ſuam penam. Patet exemplū i ordinatore et ordinato. de tempo. ordi. c. ij. li. vj. Item in marito et vxore. vt in. l. ij. C. de indicta viduita. Item in emptore ⁊ venditore. de locato. c. ij. ⁊ in. l. j. C. ne fideiuſſ. do. den. Et faciunt nōta per Barth. i. l. liberorū. ff. de his qui no. infa. Facit. l. emptor. C. de reſcin. ven. Et ad hoc optīe facit glo. Jo. an. in ℣. reus. de cōfeſſi. c. ij. li. vj. Tertio quādo regula antiqua extenditur ꝑ nouā legem ad aliū caſum q̄ comprehenſus in prima. Et ſic parificat illa duo. Unde in illa materia in qua fit parificatio ſtatutum in vno ad aliud extenditur. vt ſi ſtatutum dicat qui poteſt teſtari ꝑt codicillari vl' q̄ ſtatutū in filio locū habeat i ſeruo. Uñ ſi poſtea nouū ſtatutū diſponat in vno tantum in illa materia extenditur ad reliquū. Non autem in diuerſa materia. notat glo. ⁊ Barth. i. l. q̄d non ratiōe. ff. de legi. ⁊ in. l. ſi q̄s ſeruo. C. de furtis. Faciunt ad hoc notata per Jo. an. in. c. cōſtitutionem de regulari. ⁊ i regula que a iure de reg. iur. li. vj. Et pondera q̄d dicitur in eadem materia in qua eſt facta parificatio: quia ſecus eſſet ſi materia eſſet diuerſa. Pro quo optime facit glo. Jo. an. in. c. j. ne cle. vl' mo. ℣. declaramus. li. vj. Quarto q̄ñ plura hñt ſe ꝯſecutiue vnū ad alterū: q̄ ſi fiat mutatio i vno fiet mutatio ⁊ in alio. Nā certa etas eſt determinata ordini. Si ergo etas reſtringitur in dignitate reſtricta cenſetur in ordie. vt notat de elect. c. cum in cunctis. Quinto quando duo ſic ſe habent q̄ vnū menſuratur ad inſtar alterius. Nam publica honeſtas menſuratur ad inſtar graduū in conſanguinitate. Si ergo corrigūtur gradus in cōſanguīitate corriguntur et in affinitate. vt notat glo. de conſangui. ⁊ affi. nō debet. facit etiam glo. Jo. an. in. c. quis. de offi. ordi. ℣. ꝓut ſunt. li. vj. Sexto quando duo cōiter reperiuntur parificari a iure in diſpoſitionibus ſicut eſt videre in poſtulatiōe electione prouiſione et preſentatione que per iura in multis locis parificātur. Unde talis parificatio aſſueta facit q̄ ſtatutum in vno caſu extendatur ad reliquum vt notat Jo. an. in. c. ſi poſtq̄. de electōe. ℣. ꝓuiſione. li. vj. ⁊ per. c. in cleñ. j. de offi. vica. ℣. ſacerdotum. cū ſilib⁹. Et ad hoc facit notabiliter auẗ. de nō eli. ſecū. nuben. §. j. ℣. quia vero. ⁊ §. colligentes. Et hec dicas vera quando cōiter reperiuntur a iure parificata. ſecus ſi aliquo caſu reperirētur parificata ⁊ non cōiter: quia tunc in alio caſu non parificato diſpoſitum non extenderetur ad reliquum. vt notat glo. ℣. non obſtante. de elec. c. dudum. ⁊ glo. Jo. an. in ℣. parrochialis. de elect. licet canon. li. vj. Et faciunt notata in auten. quas actiones. C. de ſacroſan. eccle. Septimo quando habent ſe ita gradatim q̄ vnum menſuratur gradatim ab alio in aliquo accidenti vt quia determinatum eſt certum tempus ordini ſubdiaconatus et certum ordini diaconatus et certum ordini preſbyteratus. Nam facta mutatione in vno ex gradibus facta videtur mutatio in aliis vt notat gloſa Johannis anđ. in clementi. generalem de etate et qualitate. Faciūt ad hoc notata per Cy. et Bartholum in. l. Jllud. C. de ſacroſanctis eccleſiis. xxij. diſtinctione. §. hinc datur intelligi. Octauo quando aliqua habent ſe vt preambula ad actum et ordinantur in eundem finem actus. vt eſt poſtulatio / electio / collatio / et preſentatio que tendunt in finem prouidendi eccleſie vacanti. Quia ſuppoſita rationis identitate diſpoſitum in vno extenditur ad reliquum. de poſtula. prelato. capitulo finali gloſa finali per Bernardum. Item gloſa fi. in capitu. q̄ ſit de elect. per Johannem an. lib. ſexto. et concor. notata per Paulum in clementi. j. de electio.

breuiũ. Quare nõ admiſit vel quare ĩpedit ⁊ cetera. aut ſimilium tacito in dictis breuibus de beneficiorum poſſeſſorib⁹ et eis vocatis rite nõ amotis cõtra epiſcopos ſeu alios in ſeculari curia proſequãtur.

Nono quando conſtitutio loquitur in caſu ſingulari. verbi gratia vt ſi quis produxerit falſum teſtem puniatur. Nam idem intelligi debet de ꝓducẽte plures. ff. de iuriſ. om. iudi. l. fi. ⁊ facit. l. iij. §. negauit. ff. de neg. geſt. ⁊ ibi ꝑ Barth. ⁊c. et nota Jo. an. ẟ re. ꝑmuta. c. j. ℣. aliq̃. li. vj. ẟ offi. leg. c. j. ℣. cuicũq̃. eo. li. Decio q̃ñ fit extẽſio ad caſũ ſine q̃ diſpoſitio alias nullũ ſortiretur effectum. ff. de ℣. obli. l. ſi ſtipulatus fuero ꝑ te. ff. de iuriſ. om. iudi. l. ij. Et notat ꝑ Bartho. C. de legi. l. nõ dubium. ⁊ optime facit ad ẟ de elect. ſi poſtq̃. li. vj. §. ſi electus. Undecimo quãdo illud a quo fit extenſio cũ eo ad quod: ſe habent vt loco illius ſubrogatũ. Unde ſtricta diſpoſitio in vicario epĩ habet locũ in vicario capituli vacante ſede vt notat glo. Joh. an. in clemen. Et ſi principalis. ĩ ℣. principalis. ad fi. ⁊ faciũt notata Ja. de butrig. in. l. placet. C. de ſacroſan. eccle. Duodecimo quando id ad quod fit extenſio ſaltem in parte eſt idem cũ expreſſe diſpoſito ita ꝙ non dicatur fieri extenſio ad penitus ſeparatum vbi eſt eadem vel maior ratio. et ita poteſt intelligi glo. Jo. an. in. c. ſciant cuncti de elect. li. vj. in ℣b. conſanguineos. Tertiodecimo quando extrema includunt ſub lege interpretata. vnde ſi vna lex interpretatur antiquã licet interpretans loquatur vno caſu tamen extenditur ad oẽs caſus. incluſos ſub interpretata vt notat Jo. an. de reſcrip. c. diſpẽdia. li. vj. ℣. queſtiones in no. Et nota ad hoc glo. Joh. an. ſup ℣. conſuetudine. in cleñ. ſtatutum de elect. Quartodecimo in caſibus cõuerſ vbi ſubeſt eadem ratio ⁊ ſic ſtat glo. Joh. an. de tempor. ordi. c. j. ℣. ytalie ſm vnam opinionem. Et hoc verum eſt niſi talia ſint expreſſa exempli gratia: quia tunc talia non reſtringunt diſpoſitionem. de priuile. ſi papa. li. vj. Secus ſi exprimerẽtur diſpoſitiue nam tunc non extenduntur ad caſum conuerſum. Et ſic intelligitur dicta glo. Johã. in. ℣. ytalie. Et omnia premiſſa locum habent in extenſione actiua. Paſſiue autẽ indiſtincte fit extenſio. Nã ſi ſtatutum aliquod diſponat de aliquo fiendo vel non fiendo obſeruando vel nõ obſeruando ſubeũdo vel nõ ſubeũdo et huiuſmodi: tunc ſtatutum huiuſmodi recipit oẽs declarationes limitationes et diſpoſitiones iuris de quibus iura in illa materia loquuntur. Patet exemplum in ordine ſubdiaconatus qui olim non erat ſacer. de eta. et qualita. a multis. Sꝫ hodie eſt ſacer vt ibi patet. Unde quicquid de ordinibus ſacris alibi in iure ſtatuitur in illo quoq; ſeruari debere intelligitur. de ſeruis non ord. c. miramur. faciunt ad hoc notata ꝑ Ja. de Butrig. in. l. placet. C. de ſacro. eccle. faciũt etiaꝫ ad hoc notata in cleñ. j. de offi. vica. ℣. promouendis. ⁊ ℣. ſacerdotiũ. ad fi. glo. ꝑ Jo. an. ⁊ de hereticis. c. xp̃ianos. in textu et gloſa fi. per eundem. ⁊ ꝓcor. in hoc ſtila Barth. ff. de iuſti. ⁊ iure. l. omnes populi. et. l. ſi conſtãte. ff. ſoluto matri. Et optime facit textus. ff. de mune. ⁊ ho. l. j. §. j. Ex premiſſis itaq; habes ꝙ cõſtitutio ſtricta vel penalis ab homine non poteſt extendi ſed per legem vel aliam conſtitutionem bene poteſt extendi. vnde ſi lex vel ſtatutum extendat diſpoſitionem per hoc nõ videtur extendere penam niſi hoc exꝑmat. habes ſup hoc glo. ſingularem. in. l. fi. ff. de in ius voc.

p ¶ Breuium. hic vide quod ſuper hoc ſcripſi. ẟ. de foro compe. c. clericum. ℣. breuia. Et nota ꝙ hec breuia ⁊ ſilia ſua nomina ſortiuntur ad inſtar interdictorum que dantur in iudicio poſſeſſorio de quibus dicit Cynus. C. quorum bono. ſuper Rubrica. ꝙ quedam eorum ſumunt noĩa a primis verbis edicti vtputa quorum bonoꝝ. quorum legatorum. vnde vi. vti poſſidetis. vtrobi. Quedam vero ſumunt nomina a materia vt eſt videre quaſi in omnibus videlicet in interdicto ne vis fiat ei. Item in interdicto ne quid in loco publico. ne quid in loco ſacro. de tabulis exhiben. et huiuſmodi. ⁊ hoc mõ ſumunt hec breuia ſua nomĩa. Tertio modo ſumũt noĩa ab auctore qui ea originaliter introduxit vt ꝑz in interdicto ſaluiano ⁊ huiuſmodi.

q ¶ Similium. Scilicet que tendunt ad poſſeſſionem adipiſcendam.

r ¶ Tacito. videtur ergo ꝙ hoc expreſſo non incurreret penam ſequentem. Argumen. ſumpto a ꝯtrario. et hoc puto verum ceteris vna cum hoc concurrentibus videlicet ꝙ incumbentes ſint prius rite amoti per iudicem eccleſiaſticum competentem. Naꝫ hec eſt principalis intentio ſtatuentis vt niſi tales poſſeſſores prius amoueantur non habeat locum proſecutio per huiuſmõi breuia. Unde licet preſentatus vel collatarius beneficij ipſam preſentationem vel collatarius fieri non procurauerit ſed abſq; ſua ꝓcuratione ipſam habuerit vt tetigi ſupra eo. ℣. ꝓcurantes. in princi. Et cum hoc in impetratione breuium huiuſmodi non tacuerit ſed expreſſerit incũbentiã poſſeſſoris. Et ſi incũbens hmõi fuerit ſup hoc coram ordinario vocatus: non tamen fuerit canonice amotus ꝓpter hec non euitabit hãc penam. Quia alias ſequeretur ꝙ principalis effectus huius conſtitutionis per talẽ practicam ſolueret cõtra ea que dixi. ẟ. e. ℣. ꝓcurantes. vſ. decimo. Et ad hoc facit littera que ſequitur.

s ¶ Et eis vocatis. ⁊c. vt ſcꝫ hoc intelligas ſi proſequens taceat incũbentiam q̃uis veraciter incũbẽs ſit ad reſpondendũ ſup hoc coram ſuo ordinario vocatus non tamen canonice amotus: vt. ſ. non obſtante vocatione tali proſequens ſit excõicatus: tum propter dolũ et maliciã reſultantes ex tali taciturnitate. extra de reſcrip. c. ſup litteris. tum quia incũbẽs licꝫ vocatus non eſt amot⁹. Sed ſi exprimeret incũbentem fore amotum cũ tamẽ hoc in veritate nõ eſt verũ licet ad paria reputentur tacere verũ et exprimere id quod eſt falſum vt dicto. c. ſup litteris. non tamẽ putarẽ ſic proſequentem incurrere penam de qua hic loquitur conſtitutio eo ꝙ conſtitutio maxime penalis in hoc caſu non recipit extenſionem ad caſum contingentem in alia materia q̃ʒ expreſſata vel eum qui poteſt cadere ſub natura materie expreſſate vt dixi ſupra eo. ſup ℣. procurantes.

t ¶ Rite. hoc infra vocat canonice. et dicitur fieri rite ſeruato ꝓceſſu legittimo ſm iuris ſolẽnitatem. ff. de bo. poſ. contra ta. l. nõ putauit. §. nõ queuis. vbi de hoc per accurſium. ℣. rite. Et differunt rite et recte. quia rite ſignificat iuris ſolẽnitatem vt predixi Sed recte ſignificat iuſticiam cauſe put de hoc legitur ⁊ notat in. l. ij. ff. de inoſ. teſta. et ibi per Barth.

Rite et recte diffe.

v ¶ Epiſcopos. ad quos principaliter pertinet tales admittere et inſtituere. extra de here. c. cum ex iniuncto. in fi. alias poſſet ẟ eſſe littera cõtra ipſos ſcꝫ incũbẽtes. Nam et ipſi q̃nq; poſſunt dici impeditores executionis preſentationis vel collationis in ea parte facte quatenus nituntur ſuam incũbentiam defendere: vt ſic contra ipſos incumbentes procedat breue quare impedit. Cõtra epiſcopum vero et alios ad quos pertinet admiſſio procedat breue quare non admiſit ⁊c.

x ¶ Alios. Ad quos forſan de priuilegio vel cõſuetudĩe preſcripta talium admiſſio ſpectat. vel potes referre illud quod hic dicit alios ſcilicet ipſoꝝ incũbentiũ ꝓcuratores et tales qui ipſis incumbentibus aſſiſtunt tanq̃ pars.

y ¶ Proſequantur. Sed quando videtur talis proſecutio incepta ad effectum incurrendi hanc penam. videtur ꝙ per ſolã areſtationem vel vocationem ad iudiciũ. ar. ad hoc de foro compe. c. ſi diligenti. vbi ſufficit aliquem trahere ad iudiciũ vetitum ad effectum incurrendi penam in canone limitatam. Facit ad ideꝫ xj. q. iij. inolita. ⁊ c. placuit. C. de iuriſdi. om. iu. l. in criminali. Econtra videtur litis ꝯteſt. neceſſaria. ar. l. amplius. ff. rem ra. haberi. et. l. q̃uis. ff. de in ius voc. ⁊. l. ſi cõuenerit. ff. ẟ iuriſ. om. iud. imo ꝙ ſola querele depoſitio ſufficiat ad effectũ pene incurrende videtur per decre. grauem extra de exceſſ. ꝑla. Sed illud eſt propter exceſſum grauem reſpectu ſubditi ad ſuũ epiſcopũ. vnde ſi clericus ſubditus ſuũ epiſcopũ per breuia de quibus hic dicit ꝓſequatur in curia ſeculari videtur ꝙ ſtatim eoipſo incidat ĩ hãc penam. ar. illius decre. Sed quo ad alios eſt dubium ꝓpter predicta iura. Item ꝑ alia que volũt ꝙ finis litiſ ſit expectãdus. ff. de inoffi. teſta. l. paꝑ. §. meminiſſe. de bo. li. l. qui cum maior. §. accuſaſſe. quod me. cau. l. ſi cum exceptiõe. §. hec actio. In hac materia aliqui dicunt ꝙ de rigore ſtatim cõmittit pena ſed de equitate non ante litis ꝯteſt. Et ſic ſentire videt glo. de fo. ꝯpe. ℣. cauſam perdat in. c. ſi diligẽti. ⁊ ibi ꝑ Hoſtien. ⁊ Archidia. dicto. c. inolita. Johan. an. dicit ꝙ vbi trahens aliquem in iudicium vetitum in hoc pertinax eſt tunc ſtatim incidit in penam. Secus ſi non pertinacit̃ hoc fecerit quia tũc expectabitur litis ꝯteſtatio. Alij volunt ꝙ attẽdi debent verba. Nam ſi verba ſint de nõ trahendo vel non vacando ⁊ huiuſmodi: tũc eoipſo ꝙ trahit vocat niſi ' de cauſis vacationum ' pretenſarum ad ordinariorum ' mādata inquiri ' et poſſeſſores ' per iudices eccleſiaſticos ' cōpetentes ' canonice ' pri-

vel aliquid huiuſmodi facit cōmittitur pena vt in primis ꝯcor. Si verba ſint de non agendo vel non mouendo litem: tunc requiritur litis ꝯteſt. vt in ſecūdis ꝯcor. Si verba ſint de non accuſando et huiuſmodi: tunc expectabitur ſententia vt i vltimis ꝯcor. Hec diſtinctio videtur ꝓbari per Cyn. l. in criminali. C. de iuriſ. om. iud. Et notatur per Henricum dicto. c. ſi diligenti. di. iij. Barth. dicta. l. in criminali diſtinguit inter penam cōuentionalem et penam legalem. vt ſcil. in pena conuentionali conſiderentur verba conuentionis vtputa non conuenire: controuerſiam non mouere: in iudiciū non vocare. et ſimilia. Quibus caſibus quoquo modo conueniatur controuerſia moueatur vel in iudicium vocetur ſtatim cōmittitur pena vt in. l. ſi quis maior. C. de tranſac. ⁊ l. diuus. ⁊ l. ſed ſi ita. §. ante litem. ff. de pet. here. ⁊ hoc verum ſm eum ſiue agendo ſiue excipiendo hoc fiat. vt. l. non ſolum. §. Si ſtatus. ff. de procur. Si vero verba ſint non petere vel non agere vel alia ſimilia. tunc expectabitur litis ꝯteſt. vt predictum eſt. fallit tamen in caſu. l. j. C. de plus peti. et ratione duplicis delicti vt ibi patet. Ubi vero pena veniet cōmittenda ex diſpoſitione legali: tūc cōmittit ex fine iudicij. vt dicta. l. qui cum maior. §. accuſaſſe. ff. de bo. liber. ⁊ d. l. ſeruitutem. §. periſſe. e. ti. Et hoc puto verum qñ diſpoſitio cōcernit cām criminalem vt ptz in accuſatiōe. Secus ſi ciuilē vt agere ꝯ huiuſmodi vt infra dicam. Anthonius in dicto. c. Si diligenti. dicit q vbi imponitur pena ꝓ trahere vel vocare ad iudicium vetitum vel auxiliū iudicis nō competentis poſcere tūc ſi ſit pena hominis ſtatim incurritur impurgabiliter. Si vero ſit pena iuris tūc etiam incōtinenti incurritur ſi hoc fiat cum pertinacia. Et hoc verum de rigore iuris. et ſic intelligit dictum Cyn. in dicta. l. in criminali. Alioquin ſi nō fiat cum pertinacia purgabiliter cōmittitur vſq ad lit. ꝯteſt. vt in. c. placuit. et. c. inolita preallē. Si vero pena veniet cōmittenda quia mouet queſtionem tunc ſi ſit pena hominis intelligatur per ſolam citationē. ff. de tranſa. l. qui fidē. ff. ad trebell. l. lucius. §. tres heredes. Si ſit pena iuris intelligitur ꝑ lit. ꝯteſt. C. ſi tutū reg. l. iij. cū gloſa. Si autem veniat cōmittenda ob cauſam vel litem motam tūc habet locum. l. cauſas. C. de tranſac. Si vero pena ꝯmitti debeat ex clauſula habere licere: tūc cōmittetur ꝑ ſolā cōtrouerſie motionē. ff. de ver. obli. l. ſtipulatiō iſta habere licere. Et hec vt dicit Anthonius paucis additis colliguntur ex Barth. dicta. l. amplius. ff. rem ra. haberi. vnde in caſu noſtro vt ex predictis apparet cum hec ſit pena iuris non hominis requirit ꝓceſſum ſaltem vſq lit. ꝯteſt. niſi cū pertinacia ꝓſequatur. Nam tunc de rigore ſtatim incurreret penam ex equitate tamē nō incurreret penam niſi facta lit. ꝯteſt. Unde preſuppoſitā opinione illa q vult q nō dicatur proſequi niſi ad minus litem ꝯteſtetur: ꝯſulte faciet reus clericus ad iudiciū ſeculare vocatus ſi non proponat declinatoriam fori ſed proteſtetur ſe nolle nec teneri reſpondere. Nam tunc ſi actor inſiſtet vt reſpondeat reus faciet proteſtationem q coactus reſpondet ⁊ ſic cōteſtetur litem ⁊ tūc locus erit pene quo ad actorem ſm q recitat Anthonius in loco preallē. Et nota ſm Jo. an. q quādo in tali ꝓſequēte dici debeat ꝑtinacia quādo non relinquitur arbitrio boni viri et remittit ad ſimile notatum de preben. c. de multa. ⁊. C. ne filius pro patre. autent. habita glo. fi.

z ¶ Niſi de cauſis. Ex hac littera apparet q ſi prius per proceſſum canonicum incūbens amoueatur tūc licet talis proſequēs nō exprimat ſed taceat incūbentiam de facto ſic amoti nō incurrit hanc penam. Et hoc probatur ex natura dictionis niſi hic poſite: que poſita poſt orationem affirmatiuam vt hic negat id qḋ prius poſitum eſt. inſti. de iure perſona. §. j. ff. de act. ⁊ obl. l. obligationum fere. §. cōditio. pro qua materia vide quod notatur in regula iuris peccatum per Dy. li. vj. ⁊ de ꝯſti. c. j. ꝟ. niſi per Arch. co. ij. et de cleri. pere. tue. per Jo. in coll.

Bñficium mlt' mōis vacat.

a ¶ Vacationum. Nota q beneficiū dicitur vacare multis mōdis ſcꝫ per mortem. per renūciationem. per priuationem: depoſitionem: tranſlationem et ꝑmutationē ꝓut notat Jo. an. de reſcrip. c. ſi propter. ꝟ. vacabūt. li. vj. Pro cuius materie ampliori declaratione potes quo ad tranſlationem ⁊ ꝑmutationē videre nota. ꝑ archi. e. c. ꝟ. vacabūt. ⁊ ꝑ Jo. an. in no. in glo. morte ꝟ. e. li. Uacare etiam dicitur beneficiū qḋ caret miniſtris. de elect. vt circa ꝟ. vacent. per archidia. li. vj. Uacat etiā eccleſia que habet paſtorem hereticum. extra de ſciſma. c. j. ꝟ. firmitate. ꝑ Ber. vacat etiam primū beneficiū ꝑ aſſecutionē ſecūdi incōpatibilis. de preben. c. de multa. vbi de hoc. Sed aduerte q beneficiū vacat quando q de facto et de iure vtputa per mortem et quolibet aliorum caſuū vacationis vbi ceſſat titulus ⁊ vbi nō eſt dare ꝑſonam incūbentem poſſeſſioni eiuſdem. vbi vero de facto perſona incūbit poſſeſſioni beneficij ceſſante tamē vero titulo tunc dicitur vacare de iure ſed non de facto. Uacat autem de facto ⁊ non de iure quando poſſeſſio amittitur ſed ꝓprietas retinetur vtputa in renūciatione facta non tamē admiſſa ꝑ eū in cuius manibus fit reſignatio ſic q renūcians non incūbat poſſeſſioni. extra de renūcia. c. admonet. Uacat etiam de facto non de iure quando prelatus eſt inutilis. vt legitur et notatur de tranſlatio. epiſco. c. ij. ij. q. j. in primis.

b ¶ Ordinariorum. eorū videlicet ad quos pertinet admiſſio et inſtitutio in huiuſmodi beneficijs vacantibus. Et nota q dicit ordinariorum vt ꝑ hoc det intelligere q per mandata iudicis ſecularis non debet fieri inquiſitio de qua hic loquitur videlicet de modo vacationis.

c ¶ Inquiri. per modum qui habetur infra de accuſ. capitu. j. vbi de hoc.

d ¶ Poſſeſſores. ſupple ſolum de facto incūbentes.

e ¶ Eccleſiaſticos. non ergo per ſeculares.

f ¶ Cōpetētes. nūquid officialis epī in hoc caſu ſit iudex competens. q nō videtur textus in. c. j. de offi. vica. li. vj. vbi ptz q officialis epiſcopi nō pōt aliquē amouere a beneficio niſi hoc habeat ex cōmiſſione ſpāli. Sed illud loquitur de amotione q ſonat in priuationem iuris ⁊ tituli quā facere nō poteſt officialis cū nec titulū ab initio poterit cōferre vt notat ibi Card. glo. vlt. Sed hic loquimur de amotione non a iure ſeu titulo ſed poſſeſſione cui incūbit de facto. vnde ad hanc amotionem puto q officialis ſit iudex cōpetēs cū hic non ſit cauſa criminalis nec agat de crimine vel amotione huius incūbētis propter crimen. ſꝫ vt declaretur illum nullū ius habere in beneficio ipſo. faciūt ad hoc notata ꝑ Inno. in. c. querelam. in prin. extra de elec. ⁊ ꝑ Joh. an. vt lite nō cōteſt. c. qm frequenter. §. porro. ſup prima glo. Et pro iſta cōcluſione faciūt notata ꝑ Dñicum de ſctō geminiano in dicto. c. licet. de offi. vica. li. vj. ꝟ. ſed pone q epūs. Nec obſtat qḋ ibi obijcitur ꝑ lapum ab. videlꝫ q ex hoc daret officiali via ad cognoſcendū de inſtitutione epiſcopi cōtra illud quod legitur ⁊ notatur. xxj. diſt. inferior. ⁊ clem. ne romani. de elect. quia in hoc caſu officialis nō cognoſcit ꝑncipaliter de inſtitutiōe facta per epiſcopum: ſed an incumbēs poſſit de iure illi bñficio incūbere.

an officialis poſſit aliquem amouere a beneficio.

g ¶ Canonice. hoc ſupra dixit rite. Et dic canonice hoc eſt non ꝑ violentiam ſed per ꝓceſſum canonicum ſcilicet vocato poſſeſſore vt oſtendat de iure ſuo per quod occupat tale beneficium. Et datur practica ad hoc de preben. c. licet epiſcopus. ꝟ. vocato. per Jo. an. li. vj. ⁊ eo. ꝟ. per archidia. Et nota q hec vocatio fiet nō ſolum vt veniat oppoſiturus quare nō debeat fieri executio collationis ſcilicet miſſio in poſſeſſionem beneficij. Sed etiam vt veniat oſtenſurus de iure ſuo. Et hoc verum vbi iudex ꝓcedit ex officio. Sed ſi procedatur ad inſtantiam partis vocabitur vt veniat oppoſiturus quare non debeat fieri executio collationis vt prediximus et quare ipſe poſſeſſor a poſſeſſione nō debeat amoueri. Nam in primo caſu vbi agitur ex officio tenetur facere fidem iudici de ſuo iure et titu. de offi. ordi. c. ordinarij. li. vj. Maxime quando contra incūbētem facit ius cōmune vt patet in. c. ad decimas. de reſti. ſpol. li. vj. Et ſic ſtat. c. licet epiſcopus. de preben. li. vj. ſm lap. ab. ibi. Et facit in ſimili de preſcrip. c. j. e. li. Sed vbi agitur ad inſtantiam partis nō tenet facere fidē parti de iure ſuo vt. l. cogi. C. de pet. heredi. Et ſic notat per archid. dicto. c. ordinarij locorum. ꝟ. exhibere. li. vj. Proceſſus autem in hac materia vt dicit lapus ab. in loco preallē. erit vt fiat cognitio ſūmarie ſine libello de plano ſine ſtrepitu et ſine figura iudicij vt in cle. diſpendioſam. de iudi. ⁊ in cle. ſepe. de verb. ſig. Et ſufficiet collatario oſtendere titulū ſuū vel de eo facere fidē licet nō probet illum fore canonicum. quia preſumetur canonicus ſi poſſeſſor non neget cum eē canonicum. Nam tūc debet probari canonicus vt no mitus amoueri faciãt: maioris excõmunicatiõis sententiam incurrant ipso facto: et tanq̃ sic excõmunicati ad beneficia talia nullatenus admittãtur: sz inhabiles ad ea ꝑpetuo cẽseãtur Si vero cõtra hec quisq̃ in occupato bñficio instituatur vel admittat: de facto institutio seu admissio hmõi omni iuris effectu careat.

tant docto. Inno. Hosti. et Io. an. de re iudi. c. sicut. de cõces. pbẽ. q: cũctis. Si vero opponit cõtra ostendentẽ talez titulũ crimen cũ infamia: audietur. als nõ. ex͂ de accu. c. accedens. Si vero opponat defectus vel q̃d aliud nõ descendens a crimine nõ audiet nisi in cõtinenti fiat ꝓbatio Ratio est q: in hoc casu etiã appellatio interposita nõ ipediet missionez in possessionẽ nec effectũ collatiõis vt no. Hosti. et Io. an. de appel. cõstitutus. vñ multo minus exceptio ꝓposita hõ nõ poterit vt bene faciũt nõ. Io. an. post Inno. et Hosti. de offi. dele. cum in iure. sup glo. ii. v. expeditis. et de confir. vtili. c. 4.

b ¶ Primitus amoueri. Hec lrã põt intelligi duobꝰ mõis. Uno modo vt hec amotio fiat anteq̃ ꝓsequat incũbentem ꝑ eũ vel alios ꝑ breuia ꝓdicta in curia seculari. et hũc intellectũ satis amplector. Alio mõ põt intelligi vt hec amotio debeat fieri anteq̃ fiat collatio vel ꝓsentatio. vbi primo quo ad collationẽ scire debes q collatio põt habere respectũ ad papã. Itẽ ad eius legatũ. Itẽ ad executorẽ litterarũ aplicarũ. Itẽ ad capitulũ ecclie cathedralis. Itẽ ad epm ꝓut ista sũdant in locis diuersis i corpore decretorũ et decretaliũ. In papa dic sm Anthoniũ q collatio ꝑ ipm facta de beneficio cui alius incũbit de facto licet nõ de iure etiã vbi talis possessio est colorata nõ tenet nisi ipso priꝰ amoto et si papa motu ꝓprio talem faceret collationẽ. licet Io. caldrini in hoc casu teneat q valeat talis collatio per. c. si motu proprio. de pben. li. vi. Que tñ opinio nõ placet Anthonio nisi papa ex certa scientia cõferret. q: nõ est intentionis pape etiã quo ad nõ coloratã possessionẽ alteri ꝑiudicare ꝑ clausulã motu ꝓprio q̃ clausula nõ validat collationẽ sed solã tollit surreptiões vt legit in. d. c. si motu ꝓprio. ergo a multo fortiori hoc locũ habebit in possessione colorata sm Antoniũ. In alio vero ordinario quicũq̃ sit dicit q vbi possessio incũbentis est incolorata tũc indistincte valet collatio. vt in. c. licet epo. de pben. li. vi. Nã ibi cõstabat possessionẽ incũbentis fore nõ coloratã q: pacifice assecutus est aliud beneficiũ cũ primo cui incũbebat de iure incompatibile. Si vero possessio beneficij cui incũbit sit colorata tũc videt sentire Anthonius q illud bñficiũ siue hoc sciat siue hõ ignoret ꝯferens alteri ꝯferri non põt nisi priꝰ cassetur color ipm beneficiũ possidentis: sicut als solet dici in electionibus. de elec. c. auditis. et in collationibꝰ videt expressum de exces. ꝓla. c. inter dilectos. Item in executore litterarũ apostolicarũ dicit q vbi possessio incũbentis est incolorata talis possessio nõ impediet collationez sed possessionis traditionẽ impediet possessore nõ vocato vt in. c. licet epo. Si autẽ possessio incumbentis sit colorata siue executor hoc ignoret siue sciat dũ tñ incũbentis possessio sit recens q: obtenta post ipetrationem alterꝰ: vt q: forsan per suũ executorẽ tradita est sibi possessio in exclusionẽ alterius ꝓuisoris in eodẽ beneficio. tũc bene valebit collatio vicz primo ipetranti ꝑ suũ executorem facta colore ipsius possidẽtis priꝰ nõ cassato. Ubi vero talis possessio fuerit antiqua q: obtenta ante ipetrationem alterius: tũc nõ tenet talis collatio nisi priꝰ cassetur color possessionis ipsius incumbẽtis. hec no. Anthonius de butrio in. c. cũ nostris. ex͂ de cõces. pben. vbi multũ late tractat hanc materiã post recitata q̃daz collecta ex dictis Ber. ꝯpo. in. c. capitulũ sancte crucis de rescp. in glosa sua magna. et post Inno. Hosti. et Io. an. et Io. caldrini i d. c. cũ nostris. Sed ecce huic qõ. ẽ. dixi sm Antho. vicz q ordinarius nõ põt cõferre beneficiũ cui alius de facto incũbit habens possessionẽ coloratã nisi priꝰ talis color cassetur: ꝯdicere videt Petrus de ancho. d. c. cũ nostris. vñ. sed cõtra ꝓdicta. et etiã Io. an. in eodẽ. c. et Inno. in. c. de multa. ex quorũ dictis apparet q lz incũbens habeat possessionẽ coloratã: tñ ordinarius perpetuus qualis est epũs põt vti collatiõe sua et tale beneficiũ ꝯferre nõ cassato etiã colore possessionis ipsius incũbentis. et idẽ sentire videt Io. caldrini in. d. c. cũ nostris. ponens tñ drãm inter ordinariũ ꝑpetuũ qualis est epũs. et ordinariũ nõ ꝑpetuũ qualis est legatꝰ pape. vt. s. ordinariꝰ ꝑpetuus et naturalis qualis est epũs possit talẽ collationẽ facere etiã nõ cassato colore possessionis ipsius incũbentis. Sed ordinarius nõ ꝑpetuus qualis est legatus talẽ collationẽ facere nõ possit nisi priꝰ cassato colore possessionis hmõi

Collatio varios respectus hz

Ordinariꝰ ꝑpetuus et nõ ꝑpetuꝰ differũt.

b ¶ Titulo emptionis.Simile habes in tutore.ff.de cõtra.emp.⁊ ven.l.ſi in emptiõe.§.ſi.⁊.l.nõ licet.C.de ſacroſan.eccle.aut.quibuſcũqꝫ.Cõtra tñ facit.l.nõ exiſtimo.ff.de admi.tu.ꝑ quã.l.Joh.de athona in cõſtõe octoboni libertatem.ad ſi.tenet q palam executor tanqꝫ quilibet alius põt emere rem defuncti non tñ clam.⁊ ſic ſentit glo.in.d.§.ſi.ꝓalle.Et facit ad idem.l.cũ ipſe.C.de emp.⁊ ven.vbi de hoc ꝑ Chy.Alij dicũt vt Petrus q in oĩbꝰ adminiſtratiõibꝰ q̃bus ꝑſona ꝓncipalis nõ ſuccedit in adminiſtratiõe verũ eſt q nõ põt adminiſtrator aliquis rem ꝑtinentẽ ad ſuã adminiſtrationẽ emere.Secus eſt in his in quorũ adminiſtrationẽ ſuccedit ꝑſona principalis vt eſt videre in pupillo qui finita tutela ſuccedit in adminiſtrationem ⁊ talem emptionem faciet reſcindi.no.in dicta aut.quibuſcũqꝫ.ꝑ Chy.Sed opiniõi Jo.de atho.cõcor.Bartħ.dicta.l.ſi in emptione.§.ſi.Et cõiter oĩs docto.ſicut legit ⁊ no.d.l.cũ ipſe.etiã quo ad executores michi videt gratia ſaluãdi cõſtõem iſtam q dicta.l.nõ exiſtimo nõ facit multũ ad propoſitũ caſus noſtri.Illa nãqꝫ lex loquit de mutuo recipiẽdo ꝑ tutorem nõ a pupillo ſed a ſuis cõtutoribus de bonis pupilli In quo caſu locũ habet.l.illa.Hec aũt cõſtitutio locũ habet in cõtractu emptõnis.in qua leges plane loquũtur.qđ nõ põt fieri de bonis ſue adminiſtrationi cõmiſſis vt dicunt ꝓma iura ꝓſertim l.illa ſi in emp.§.ſi.Aduerte tñ q magna eſt differentia inter emptionem fiendam de bonis pupilli viuentis ⁊ emptionem fiendam de bonis alicuius defuncti.nã in emptiõe fienda de bonis pupilli quacũqꝫ via data:dum tñ pupillus ipſe viuens ſit vel alś ad adultam etatem venerit ⁊ viuat ſemꝑ remanet ꝑſona principalis q̃ põt de dãno ſuo cõqueri vt.s.dixi ſm Petrũ.Non tñ ſic eſt in diſpoſitione bonorũ defuncti qui nõ põt cõqueri de mala adminiſtratiõe executorũ ſuorũ.⁊ ideo videt ſatis rõabiliter ordinatũ ⁊ ſtatutũ q executores defuncti nõ emãt nec aliquid ſibi appropriẽt de bonis defuncti niſi ꝓut hic ſtatuit iuxta no.Petri.ꝓut eũ recitat Chy.in dicta aut.quibuſcũqꝫ.vnum tñ ſcias q opinio Johãnis de athona ⁊ aliorũ procedere põt vbi ꝑ executorem vendita eſt alteri extraneo res defuncti bona fide et iuſto precio:qđ tñ preciũ emptor ſoluere nõ curat in quo caſu executor põt palam retinere rem ſic venditam ſibiipſi et de ſuo preciũ in vtilitatem defuncti cõuertere.ratio eſt qꝛ in hoc caſu venditio fuit

An executor emere poſſit rem defuncti

emptiōis vel aliter niſi qđ fuerit ſibi a teſtatore donatum inter viuos vel in ſuo teſtamento ſiue in vltima voluntate relictū aut qđ pro ipſius executoris labore ordinarij arbitrio fuerit ordinatū vel ſi quid fuerit ſibi debitū a defuncto aut ꝓ moderatis expēſis ſue adminiſtratōis ſub pena ſuſpenſionis ab īgreſſu eccleſie: quā ꝯfacientes īcurrere volumus ipſo facto. cuius abſolutionem nō obtineant donec applicata vel appropriata ſibi ſic indebite reſtituerint ⁊ eccleſie cathedralis fabrice cuius defunctus erat ſubditus duplum ſic appropriatorum vel applicatoꝝ ſibiipſis ſoluerint de proprijs ſuis bo

ab initio iuſte facta vnde emptore nolente ſoluere pōt executor palam ⁊ bona fide rem hmōi venditam ſibi retinere. Ar. dicte. l. nō exiſtimo. ⁊ facit ad idem. ff. de leg. iij. l. pater. §. quindecim. nō enī videt̄ in hoc caſu noua emptio ſed antique emptionis in perſonā executoris tranſlatio ꝓut clare no. ꝑ Barth. ff. de admi. tu. l. tutor rerū. vbi de hoc. l glo. ⁊ idē erit vbi res venalis eſt expoſita pro iuſto ꝑcio puta centū. quo caſu ſi nō inuenit̄ qui pl' offerat pōt executor bona fide ⁊ palam eā emere nō tñ clam. ſic ſentit Io. an. in add. ad ſpe. ti. de inſtru. edi. §. nūc vero aliqua ℣. ſed quid erit in ꝓlato add. que incipit cōtinuat hic circa medium. Ut tñ tollas argumēta que ſolent fieri de tutoribus ꝙ poſſint emere res ſue adminiſtrationi ſubiectas vide ꝗ ſup hoc legūtur ⁊ no. in. l. pupillus. ff. de auc. tu. vbi Barth. declarat hanc materiā in ℣. qui ſic incipit Ultimo ꝓ declaratione.

c ¶ Aliter. i. alio titulo ꝗcūq̄.

d ¶ Niſi. excipit ab eo qđ prius dixit. ⁊ ponit ſuas exceptiones quintuplici ꝯſideratiōe vt ſequitur.

e ¶ Donatū inter viuos. hec eſt prima ꝯſideratio qualis autē ſit iſta donatio legit̄ inſti. de dona. §. alie. ⁊ hic te intelligere opꝫ ꝙ nō loquit̄ de donatiōe ꝑfectiſſima vicꝫ ꝗ fit ꝑ rei traditionē ſed de ea que ꝑfecta eſt tñ abſq̄ traditiōe. Nā ſi tradita eſſet nō eſſet opus executori rem donatam recipere a ſeipſo vel alio poſt mortem defuncti. ⁊ hic apparet ꝙ donatarius factus executor defuncti poſſit rem ſibi prius a teſtatore donatā recipere auctoritate ꝓpria. ⁊ hoc verū ſi non detineatur ab alio. Sed ſi detineatur ab alio: opus eſt auctoritate iudicis. facit ad hoc nō. de arbi. c. ex parte. ℣. ſublato. ꝑ Inno.

f ¶ Uel in ſuo. ſecūda conſideratio

g ¶ Relictū. i. legatū.

h ¶ Aut qđ. tertia conſideratio

i ¶ Labore. hoc intellige in recōpenſationē laboris qñ nihil executori relictū eſt vel nō ſufficienter relictū. Iuſtū enī eſt vt illi cōſequant̄ ſtipendiū qui laboris impenderūt obſequiū. i. q. ij. ſacerdos. xij. q. ij. eccleſiaſticis. Nota.

k ¶ Ordinarij arbitrio. ſic ergo nō pōt remunerare ſemetipſum arbitrio ꝓprio qꝛ ſic eſſet iudex in cauſa ſua ꝓpria. contra illud. C. ne quis i ſua cauſa ius ſibi dicat. ꝑ totū cū ſimilibus. nec iudicis laici arbitrio hoc facere poſſet qꝛ nō eſſet in hoc caſu iudex cōpetens. eꝫ. c. c. tua nos. maxime attenta ꝯſuetudine ꝗ iuriſdictionē hanc tribuit iudicib' eccleſiaſticis vt dixi. ſ. e. c. ℣. eccleſiaſticarū libertatum.

l ¶ Uel ſi quid. quarta conſideratio.

m ¶ Sibi. ſ. executori.

n ¶ Debitū. ſup. alia rōe ꝗ aliqua ex ſupradictis. tale enī debitū palā deducere pōt executor vt no. Io. de athona in ꝯſtitutiōne octoboni libertatem glo. magna. ℣. cōſequenter q̄ro. ⁊ ꝙ pōt ſoluere ſibiipſi facit. l. quotiens. §. ſicut. ff. de admi. tu. ⁊ no. ti. de inſtru. edi. §. nūc vero aliqua. ℣. ſed pone. addi. ſuple ⁊ cōmiſſaria. ꝑ Ioh. an. in add. ad ſpecu.

o ¶ Aut pro. quīta cōſideratio.

p ¶ Moderatis. ſume quod eſt. ſ. expenſ. Et hic nota ꝙ licet executor de bonis defuncti nihil debeat retinere ad vſum ſuū ꝓpriū vt hic dr: cui etiā dicto concor. qđ legit̄. e. ti. c. ij. §. ſane. li. vj. ibi ad implere ⁊c. ⁊ facit ad idem extra. e. c. tua. ad fi. ff. de leg. ij. l. lucius §. a te peto. ſumptus tñ adminiſtratiōis occurrentes in litigio vel alio honeſto modo faciet de bonis diſponentis. ff. de ꝑcul. l. qui ꝓprio. §. litis. extra de ꝑcu. cū pro cauſa. ⁊ hec moderatio ſic fieri

nis. Omnia vero ⁊ ſingula ſupradicta mādamus per eccl'ias ſingulas noſtre cātuarienſis prouīcie bina vice annuatim ſolenniter publicari.

✥ ✥

✥ Idem. ✥

¶ Teſtamenta clericorum de his de quib' teſtari poſſunt nō impediātur per eccleſiaſticos prelatos a cōmiſſis exequi. Ab īteſtato vero decedētium bona in pios conuertant vſus: nichil ſibi preter laboris mercedem vendicantes.

✥ ✥

ITa quorūdam ⁊ infra. Statuim' ꝙ epiſcopi ⁊ alij inferiores eccleſiaſtici iudices noſtre Cantuariēſ. prouīcie de bonis

debet vt nec cōmodū neq; damnū ſentiat. ff. quēad. teſt. ap. l. ſed ſi quis. ff. de teſta. l. iij.

q ¶ Cuius. ſ. ſuſpenſionis.

r ¶ Non obtineant. ſ. dicti executores ſic ſuſpenſi.

ſ ¶ Reſtituerint. ſ. in adimpletionem voluntatis defuncti quatenus in ſpecie vel in genere de ea ꝯſtare poterit.

t ¶ Defunctus. licet executor alteri' dioc. fuerit.

v ¶ Subditus. ſi in dioc. ſint due eccl'ie cathe. cui earū ſoluet hec pena. dic vt dixi. ſ. de loca. ⁊ ꝯduc. c. ij. ℣. eccleſie cathe.

x ¶ Duplū. nō cōputata ipſa re ꝗ reſtituit̄ dꝫ. Inſti. de oblig. ꝗ ex delicto naſcūtur. §. vlti.

y ¶ Soluerint. facta tali ſolutiōe hui' dupli videt̄ ꝙ nō ſit opus abſolutōe ſed ꝑ hoc eoipſo relaxat̄ hec ſnīa ſuſpenſionis. textus tñ iſte in prin. ibi cuius abſolutiōeꝫ ⁊c. innuit ꝯtrariū preſupponens ꝙ etiā facta tali ſolutōe neceſſaria eſt abſolutio. tu circa hoc dic vt dixi. ſ. de ſo. ꝯpe. c. j. ℣. ſatiſfecerint

z ¶ Proprijs ſuis bonis ꝑ hoc innuit ꝙ bona tali executori ꝑueniētia a defuncto nō dicūtur bona ipſius executoris ꝓpria. Que autē ſint bona ſua ꝓpria no. ꝑ Arch. de reſcrip. c. ſtatutū. ℣. de ſuo ꝓprio. ⁊ quid ſi talis executor fuerit cleric' beneficiatus an poſſit ſoluere iſtud duplū de fructibus vel ꝓuentibus beneficij ſui. dic vt in eadem glo. ꝑ Archi. Sed qꝛ hic dicitur ꝙ executor nichil poteſt ſibi appropriare de bonis defuncti niſi in caſibus hic expreſſis. Quero qđ ſi teſtator plura bona legauit ſed legatarij repudiāt legata vel ante teſtatorem mortui ſunt an illa bona poſſit ſibi executor applicare? Dic ꝙ ſi executor ſit nudus miniſter ita ꝙ nullū ꝯmodū eſt habiturus tūc nō pōt aliqđ tale ſibi applicare. ſecus ſi nō ſit miniſter nudus ſꝫ cū hoc ſit legatarius ⁊ ius habens. caſus eſt in. l. ſi quis ticio. ff. de leg. ij. Et quo dicet legatarius quo executor merus: dixi. ſ. e. c. religioſa. ℣. dāmis. Premiſſa intelligo vera vbi teſtator de partibus deficientiū nichil diſponit ⁊ fecit ſibi executores vniuerſorū bonorū. nā tales loco heredū ſunt ⁊ lucrant̄ illa ꝗ nec in ſpecie nec in genere ꝑ teſtatorem diſpoſita ſunt. vt no. Io. de athona in ꝯſtitutiōne octoboni libertati glo. ſua magna. ℣. ſed nūquid executor cauere. tñ bene faciet talis executor ſi ꝯſilio ordinarij talia diſponat ꝓut i ſimili no. Io. an. in add. ad ſpe. ti. de inſtru. edi. §. nūc vero aliqua. ℣. ⁊ ſcias add. iiij. ad fi. vbi allegat. l. legatū. ff. de vſufruc. lega. ⁊ l. quedam ꝯdia. e. ti. ff. de cōdi. ⁊ de. l. in teſtamēto. Ite auc. de eccl'ia. titu. §. ſi quis in cauſam. et §. ſequenti. coll. ix. Queſtio.

a ¶ Omnia vero. ſexta pars ſecūde partis.

b ¶ Mandamus. quō preceptū importat ⁊ an nō obſeruātia huius mandati excuſet nota. ſ. de cōſti. c. j. ℣. mandamus.

c ¶ Bina vice. i. qualibꝫ anni medietate ſemel. ſimile. ſ. habes de offi. archipſ. c. j. ℣. quater in anno. ⁊ glo. ſequenti.

d ¶ Solēniter. i. publice populo coadunato ſicut alis dictū eſt in dicto. c. j. ℣. ſolenni. ſ. de offi. archipſbi.

e ITa quorūdam. Hec ꝯſtitutio eſt eiuſdem cuius precedens ⁊ hꝫ quattuor dicta. In primo ꝓuidet ne ꝑ ordinarios impediant executores miniſtrare bona defūcti. In ſecūdo ibi Necnō. ꝓuidet circa bona decedentiū ab inteſtato. In tertio ibi Niſi forſan. excipit ab eo quod pri' dixit. In quarto ibi Sub pena. adijcit penam cōtrafacientibus. Diuiſio.

f ¶ Et infra. hic decidit cā que mouebat ad editionē hui' ſtatuti

g ¶ De bonis. ſ. per ſe vel ſuo nomine diſponendis.

clericorum beneficiatorũ quos testari posse ꝯstat de consuetudine regni anglie seu aliorum testantiũ quorũcũqȝ preterꝗ̃ in casib⁹ expresse permissis quouis quesito colore nullaten⁹ se intromittãt sȝ executores testamẽtoȝ ipsoȝ libere ꝑmittant disponere de eisdẽ Necnon ab intestato decedentiũ solutis debitis eorundem bona que supererunt in pias causas ⁊ per-

h ❡ Clericorũ beneficiatoȝ. de his magis erat dubiũ eo ꝙ de clericis non beneficiatis iura cõmunia cõcedunt vt de bonis suis possint libere testari. extra. e. c. q̃ nos.

i ❡ Quos testari posse. Ista l̃ra pt̃ legi implicatiue vt. s. implicet quoscũꝗ clericos beneficiatos. Potest etiam legi restrictiue vt cõprehendat aliquos et aliquos nõ, put alias in similli legit ⁊ no. C. de sum ma tri. et fide ca. l. cũctos populos. vbi de hoc in prin. p Cy. ⁊ ibi cõcordantie. Et nota ꝙ cõtter ⁊ regulariter intelligendo, pcedit hoc qđ hic dr̃ inter oẽs clericos beneficiatos. potest tñ fallere in quibusdã. vtputa in religiosis beneficiatis qui testari nõ possunt. extra. e. c. quia ingredientibus. vt dixi. s̃. e. c. cũ vriis. vbi etiam recitant plures psone que nõ possunt cõdere testamenta vt ibi ps. ỽ. cõdere testamentũ

k ❡ Cõsuetudine. de hac cõsuetudine potes videre que scripsi. s̃. de cõsue. c. nullus rector. ỽ. legata.

l ❡ Aliorum. s. non beneficiatorum.

m ❡ Quorũcũꝗ. s. siue clericorum siue laicorum.

n ❡ Preterꝗ̃. Hec dictio preter hic ponit exclusiue. Quãꝗ tamen ponitur inclusiue. Super qua materia potes videre no. p Archi. de immunit. eccle. c. decet. ỽ. preter. ⁊ de re iudi. c. ad apostolice. ỽ. preter. li. vi. Melius tñ no. per Pau. de sum. tri. ⁊ fi. ca. c. i. in pn̄. in cle. ⁊ de penis. c. multorũ. ỽ. canonis. p eũdẽ. ⁊ plene. xiiij. q. ii. ebrion. p Archi. C. de transac. l. age. p Cy. extra de dec. c. tua. ii. p Jo. in coll. de elec. dudũ. ii. ỽ. de nouo. p Jo. in no. ⁊ dixi de hoc s̃. de iudi. c. Item omnes illi. ỽ. preter voluntatem.

Preter in clusiue ⁊ exclusiue ponitur.

o ❡ Expresse permissis. sume qđ est. s̃. nullatenus se intromittant ⁊ quo ad mentem cõdentis habes plures casus expressos in quibus ordinarij possunt se intromittere de bonis testantiũ non tñ vt bona ipsa sibiipsis applicent, put continetur in parte decisa. Unus casus est ad effectũ probationis ⁊ insinuationis testamẽti s̃. e. c. pri. ỽ. testamentis. Alius casus est vt ab executoribus exigant inuẽtariũ vt ps. s̃. c. pri. ỽ. inhibemus. Tertius est ad effectũ cõmittende administrationis ipsis executoribus ceteraꝗ faciendi que cõtinentur. s̃. c. pri. p totũ. veluti exigendi ab eis rõneȝ de sua gestione ⁊ hmõi. sed hec non cõcernunt dispositionem bonorũ actualem sed potius auctorizabilem. ⁊ preterea de potestate expresse concessa ordinarijs in bonis defuncti p se vel suo nomine disponendis potes ponere exemplũ per ea que legũtur et no. in. l. nulli. ⁊ l. si quis ad declinandũ. C. de epis. et cle. Item p ea que legũtur ⁊ no. in. l. hereditas. ff. de peti. here. Item extra de testa. c. si heredes. ⁊ c. tua nos. ⁊ c. Johãnes. cũ similibus vnã cũ ꝯcor. ⁊ remissionibus quas in glosis predictorũ iuriũ inuenies ⁊ circa hoc vide no. per Hostien. de iudi. c. cum sit. ỽ. diocesani. et C. cõia de succes. auf. omnes peregrini.

Ubi de iure ordinarij bona defuncti.

p ❡ Colore. per quem forsan fingãt aliquid licitũ vt eo pretextu cõmittant aliquid illicitũ qđ esse nõ debet. C. de sacrosan. eccle. l. qui sub pretextu. cũ similibus. ⁊ potes ponere exemplũ in casu q̃stionis quam mouet Jo. in no. e. ti. c. ii. ỽ. sane. ỽ. libere. li. vi. ⁊ Archi. super. e. ỽ. ⁊ vide qđ dicam. j. e. ỽ. libere.

q ❡ Intromittant. s. ministrando hmõi bona vel ea manibus suis applicando.

r ❡ Executores. sup. ad hoc idoneos. ne sit cõtra supra. e. c. pri. ỽ. inhibemus. ⁊ s̃. e. c. religiosa sinceritas.

s ❡ Libere. i. sine impedimento ordinarij: ⁊ sic possunt hmõi executores libere administrare dum tñ bona fide id faciant ⁊ absꝗ dolo ⁊ fraude. ff. mandati. l. creditor. ỽ. lucius. cõcor. ad idem. e. ti. c. ii. li. vi. ⁊ ibi p Archi. ỽ. libere. ⁊ dicit libere posse facere qñ non est opus requisitione alterius vt no. hoc. d. c. ii. ỽ. sane. ⁊ verũ est ꝙ ordinarius nõ debet se intromittere de bonis defuncti nisi in defectu aliorũ vt bene notat Archidiaconus. d. ỽ. sane. ỽ. libere vltra mediũ glo. vbi querit de tali questione. Testator in suo testamento mandauit per suos executores expendi sm ꝙ eis videbitur centũ pro male ablatis incertis. nũquid hoc poterint non obstante cõtradictione epi dicentis ꝙ hoc pertinet ad eũ. Hostien. in. c. cũ sit. ỽ. diocesani. extra de iudi. dicit ꝙ executores non possunt talia disponere q̃ est vnus de casib⁹ ad epm specialiter

Questio.

ptinentibus. Archi. tñ. d. c. ii. de testa. li. vi. tenet ꝯrariũ p plures rationes. ⁊ allegat dicta pluriũ doctoȝ. Jo. an. d. c. ii. in no. videt potius inniti opinioni Hostien. ꝓpter fraudeȝ q̃ posset interuenire in nõ plene restituendo talia: licet quo ad absolutionẽ a pctõ sufficiat talia fieri per ipm defunctũ vel executores. cum opinione Archi. concor. Pau. in cle. dudũ. de sepul. ỽ. p hmõi. ỽ. a iure. ⁊ Jo. Cal drini. in. d. ỽ. sane. Jo. de de lig. put eũ recitat dñicus de sancto Geminiano dicto. ỽ. sane. dicit ꝙ opinio Hosti. est vera de equitate. Sȝ opinio Archi. est vera de rigore iuris. Lapus ab. in cle. i. de peniten. ⁊ remis. nitit cõcor. opiniões illas. sed eius distinctio nõ multũ placet: q̃ recipit diuersas impugnationes. Alijs ergo videt in hoc casu fore recurrendũ ad ꝯsuetudinem patrie. ⁊ sic sentit Franc. de senis cõcilio suo. xxxviij. Ego autem puto ꝙ quo ad regnũ istud hec ꝯstitutio sufficit ad excludendũ epm vna cũ cõsuetudine in hac parte diutius obseruata que talia relinquũt dispositioni executorũ prout tenet Archi. ⁊ hic patet.

t ❡ Necnon. secundum dictum.

v ❡ Ab intestato. hic vide que scripsi. s̃. c. pri. ỽ. i. ỽbo intestatis. ⁊ ꝙ. vii. modis dicit aliquis decedere intestatus notat. C. de coll. l. vt liberis. per Accurs. Et nota ꝙ etiam pupillus ⁊ alii qui non possunt condere testamenta iuxta cõem vsum loquendi dicũtur intestati si tales moriant. vnde vbi statutũ cõcedit ordinario administrationem bonorũ ab intestato decedentiũ habebit ordinarius administrationem bonorũ taliter decedentiũ. ratio est quia verbũ intestatus bene cadit in tales. ⁊ probat insti. de here. ỽ. ab intest. in prin. vbi dicit ꝙ intestat⁹ est qui omnino testamentũ nõ fecit. nota ꝙ dicit omnino quasi diceret siue q̃ voluit siue q̃ nõ potuit. Si ergo dicas aliquem talem esse intestatũ, ppꝛie loquendo satis cõstat locũ esse statuto. Si dicas talem fore intestatũ improprie loquendo adhuc locũ habebit statutũ q̃ tunc dr̃ intestatus sm cõem vsum loquendi: ⁊ verũ est ꝙ statuta debẽt intelligi sm cõem modũ loquendi qui preualet omni ppꝛie significatiõi vt. l. labeo de supell. le. per Barth. ⁊ l. liberorũ. ỽ. quod tñ cassius de leg. iij. ⁊ nota. per Pe. de anchorano extra. e. c. cũ tibi. ỽ. vltimo. Et ex illo. c. cũ tibi potes colligere ꝙ qui extremam volũtatem cõmittit dispositiõi alterius nõ decedit intestatus. dic vt ibi per Innocen. et alios.

x ❡ Solutis debitis. ere nãꝗ alieno deducto que supersunt bona dicũtur. ff. de ỽbo. sig. l. subsignatũ. ỽ. bona. vbi in glo. sunt plures concordantie.

y ❡ Pias causas. vtputa inter personas miserabiles vicȝ pupillos/viduas/peregrinos/⁊ pauperes auxilio proprio destitutos. Item ratione morbi vel etatis expositos. facit. lxxxvij. di. c. ii. et p totũ. dum tñ predicte persone pauperes sint ⁊ non diuites. extra de offi. dele. c. significantibus. ⁊ ibi per Jo. an. in. iiij. glo. et. v. Et predicta locũ habent respectu personarũ. Respectu vero locorũ potes ponere exemplũ extra de testa. c. si. ⁊ in. l. si quis ad declinandũ. ⁊ l. orphanotrophos. C. de epi. ⁊ cle. extra de reli. do. c. de xenodochijs. ⁊ c. seq. xviij. q. vlti. c. ꝗuis. ⁊ l. sancimus. C. de sacrosanc. eccle. ⁊ ibidem. l. illud. ⁊ l. vnica. C. de mendic. vali. li. xij. inter pias etiã causas numerant que relinquũtur ad custodiam ciuitatis. ar. ex. de immu. ec. c. i. et. ii. Item ad refectionem pontiũ viarũ murorũ ⁊ fossatorũ ciuitatis castrorũ et silia maxime vbi necessitas imminet. C. de sacrosan. ecc. l. ad instructionem. C. de ope. pu. l. omnes, puinciarũ. cũ similibus. Item ad pias causas numerant legata ad ornamenta ecclesie vel p eius fabrica vel p luminaribus vel anniuersarijs vel alijs ad diuinũ cultũ temporalem vel perpetuũ spectantibus. extra. e. ti. c. si. Et idem est sm quosdam in his que legãtur pro emendandis forefactis. Circa qđ vide notata per spe. ti. de instru. edi. ỽ. nũc vero aliqua. ỽ. de hoc autem queritur. Et nũquid legata pro male ablatis dicant legata ad pias causas. vide nõ. per Jo. an. in add. ad spe. d. ỽ. nũc vero aliqua. ỽ. ⁊ scias. add. iiij. q̃ sic incipit de his ista. Ad pias etiam causas legatur generaliter vbicũꝗ legatur pro anima. in quo casu valet legatũ patri et matri pro anima relictũ dũmodo

Que [illegible] pie cause

ſonis decedentiū conſanguineis: ſeruitorib⁹ et ꝓpinquis ſeu aliis pro defunctorum animarū ſalute diſtribuant ⁊ cōuertant nichil īde ſibi retēto: niſi forſan aliquid rationabile pro ipſorū ordinariorū labore fuerit retinēdum ſub pena ſuſpēſionis ab īgreſſu eccleſie quam eccleſiaſticos iudices in cōtrarium facientes incurrere volumus ipſo facto donec de premiſſis ſatiſfecerint cōpetenter.

Idem.

Pro approbatione ⁊ inſinuatōne teſtamēti nichil vſurpet ſuperior: pro labore autē ſcriba iuſtam dūtaxat mercedez que ſi ſupra viginti et citra centum ſolidoꝝ ſit bonorum ſumma non excedat. xii. denarios: ſed pro ratiōe iſtic aſſignata computetur. Similiter vltra centū librarum ſummā erit hic aſſignata mercedis ratio: quā excedens ad dupli reſtitutionem cogatur.

ſint pauperes. C. de epiſ. et cle. l. ſi quis ad declinandam. vſ. vbi autem. ⁊ vſ. quis eni pauperior. Si vero diuites ſint nō videtur tale legatū relictū ad piam cauſam. C. de ſacroſan. ecc. l. Illud. Predicta colliguntur per ſpe. d. §. nūc vero aliqua. vſ. ⁊ ſcias. cū addi. Io. an. ibi poſitis.

z Perſonis. ſiue maſculis ſiue femininis.

a Decedentiū. hic oportet diſtinguere inter clericos decedentes ab inteſtato ⁊ laicos. Item inter clericos beneficiatos et non beneficiatos. Et ſcias ꝙ quo ad clericos beneficiatos decedētes ab inteſtato de iure communi bona occaſione beneficii prouenientia debentur ſucceſſori. extra. c. relatum. ii. §. nomine. Alia vero bona q̄ habuit clericus contemplatione perſone prius deferuntur ꝯſanguineis vt hic dicit. et illis deficientibus ſuccedit eccleſia. ii. q. viii. vbi de hoc. ⁊ q. iii. c. quicūq̄. ⁊ ſic debꝫ intelligi extra de ſuc. ab inteſtato. c. i. In clerico autem non beneficiato ſi decedat inteſtatus idem eſt quod dixi in clerico beneficiato quo ad bona ſua propria que habet non contemplatiōe eccleſie ſed perſone vt videlicet primo ſuccedant conſanguinei ſiue ſint agnati ſiue cognati. ⁊ facit ad idem. C. de here. decur. l. i. ii. et iii. Quis deficientibus ſuccedit vxor ſi quam habuit. C. de epiſ. ⁊ cle. l. ſi quis ꝓſbiter. C. vnde vir ⁊ vxor. l. vnica. Omnibus vero predictis deficientibus ſuccedit eccleſia ſicut patet in dicto. c. i. Si tamen talis clericus prius fuerit ſeruus tunc bona ſua debent diuidi in quattuor partes. extra de ſucc. ab inteſtato. c. ii. In laico autem decedente ab inteſtato deficientib⁹ conſanguineis et vxore ſuccedet fiſcus. Unde breuiter ſcias ꝙ in ſucceſſione ab inteſtato prima cauſa eſt liberorū. ſecūda aſcendentiū cum quibuſdam collateralibus ſi extent. tertia tranſuerſaliū. Prime due in infinitum protenduntur. tertia vſq̄ ad decimū gradum protenditur ſiue ſint agnati ſiue cognati. Inſti. de legi. agna. ſuc. in fi. Iſtis autem deficientibus ſi extat vxor defuncti ipſa ſuccedit. poſt eam fiſcus. C. vnde vir ⁊ vxor. l. vnica. Excipiūtur tamen quidam caſus quibus alii preferūtur fiſco. Puta decedit miles nauicularius cohortalis vel fabricenſ. C. de here. nauicular. per totum. Item ſocius libertatis imperialis. C. ſi ſo. li. imp. ſine hered. l. i. li. x. Sic etiam in bonis clerici inteſtati deficientibus ꝓdictis eccleſia preferetur fiſco. Premiſſa colliguntur ex dictis Petri de anchorano extra de ſuc. ab inteſ. ſuper rubrica qui remittit ad Cyn. C. cōtra de ſucceſſio. l. itaq̄. Et quo ad eccleſiam ꝙ in caſibus premiſſis preferetur eccleſia fiſco in bonis clerici notat idem Petrus. e. ti. vicꝫ de ſuc. ab inteſtato. c. ſancto. vſ. vii. nota. ad finem.

b Conſanguineis. Hec dictio generalis eſt tam quo ad clericos q̄ȝ ad laicos. Et nota ꝙ clerici etiam viuentes tenentur prouidere conſanguineis ſuis pauperibus vt notat glo. de cohabi. cle. et mul. c. i. ꝟ. ſubminiſtrent. Unde et eis mortuis debet de eorum bonis ipſis ſubueniri vt patet ex precedentibus. Facit ad hoc. ff. mandati. l. ſi mandauero. §. ſi tibi. lxxxvi. di. non ſatis. Et qui dicantur conſanguinei patet per Hoſtien. in ſumma. ti. de cōſangui. et affi. §. i. et. ii. ⁊ per totū. Et patet ex dictis in glo. precedenti. ff. de ſuis ⁊ legi. here. l. i. §. fi.

c Seruitoribus. ſ. ſm ſeruitii meritū. ar. eorū que legūtur extra e. c. relatum. ii. §. licet autem ibi ſeruierant.

d Propinquis. Hoꝝ appellatione qui cōtineantur poteſt colligi. C. de emen. ꝓpin. per totū. ⁊ pōt dici ꝓpinquus ſiue ratiōe ſanguinis ſiue ratione loci ſm Ianuen.

Propinquus.

e Aliis. etiam extraneis dūmodo ſint pauperes.

f Defunctorū. ſiue clericorū ſiue laicorum.

g Diſtribuant. ſic ꝙ nō totum vni ſed ſingulis prout opus habent ⁊ ſm qualitatem bonoꝝ. xii. q. ii. vulterane ad fi. cū. ii. c. ſeq.

h Nichil inde ſimile habeo. C. de epiſ. ⁊ cle. l. ſi quis ad declinādam. §. et ſi quidem. C. de dona. l. ſi quis pro redemp. ibi omnem q̄ntitatem ⁊c. Et facit ad idem extra. e. ti. c. tua nos.

i Sibi. ſ. ad vſum ſuum propriū. Cōcor. ad hoc. C. de ſacroſan. eccle. auꝫ. quibuſcūq̄. ff. de offi. preſi. l. iii. nam ſi ſibi aliquid retinēdo redderet ſe ſuſpectū. ergo id ex quo ſuſpicio naſcitur non pōt dici ſibi permiſſum. ff. de falſ. l. ſi quis legatū. ⁊ l. vxori. C. de excuſ. tu. l. pietatis. Cōtra tamen facit. C. de ſacroſan. eccle. auꝫ. ſi qua mulier. auꝫ. de ſanctiſſi. epiſ. §. diaconiſſam. coll. ix. ff. de colla. bo. l. i. §. fi. Iac. de are. ſic diſtinguit aut executor eſt ſolus aut ſociatus. Primo caſu non poteſt ſibi aliquid retinere nec forte perſone ſibi valde coniuncte. lxxxix. diſti. decenter. x. q. ii. hoc vſus in fi. ⁊ dicta auten. quibuſcūq̄. extra de iſti. c. fi. ff. de iuriſ. o. iudi. l. q̄ iuriſditioni. ⁊ hoc verū niſi ille cōiunctus ſit ſumme pauper. ar. ad hoc. lxxxvi. di. paſce. Secūdo caſu poterit vt ꝓdicta. l. ꝙ ſi vno. ff. q̄d cuiuſq̄ vniuer. l. nulli. et l. plane. ff. de adop. l. ſi pater. §. qui duos. Sic notatur per Io. an. l. add. ad ſpe. ti. de inſtru. edi. §. nūc vero aliqua. ꝟ. ſed q̄d erit in ꝓlato add. que incipit cōtinuatur hic alia. Sed hic q̄ro cū hoc ordinatū ſit ꝙ conſanguineis et propinquis diſtribuantur bona decedentiū ab inteſtato nūquid ordinari⁹ poſſit aut teneatur de iure aliquā partem hmōi bonorū diſtribuere inter filios defuncti ſpurios vel baſtardos. Io. an. in add. preallé. dicit ꝙ de quota aliqua iure filiationis nihil ſibi debet. Talibus tn̄ tanq̄ȝ pauperib⁹ q̄ nihil ꝑ delictū paternū demeruerūt per viam elemoſine pōt ꝓuideri. facit ad hoc extra de eo qui duxit in matrimo. quam pol. per adulſ. c. cū haberet. ⁊ quod ibi notatur in fi. viri. glo. De aliis queſtionibus que concernunt executores hōs vide ꝑ ſpec. in. d. §. nūc vero aliqua. vſ. Itē circa hōs vſq̄ ad vſ. Illud etiam querit. cum add. Io. an. ibi poſitis. Unū tamen nota ꝙ executor talis legittimus tenetur de bonis defuncti facere inuentariū ⁊ de eorūdem diſpenſatione reddere rōez ſicut plane legiſ. C. de epiſ. ⁊ cle. l. nulli. §. cū aūt. Inferiores vicꝫ ordinarii corā ep̄o ep̄s corā archiep̄o qui in hoc gerit vices rectoris ꝓuīcie de quo loquiſ ibi textus. Archiep̄s aūt de adminiſtratis per eū corā ſuis cōfratribus in cōcilio ꝓuīciali reddet rōem non tn̄ ab eis ſi quid ſuſpicioſe fecerit redarguēdus eſt. ſed ſuo ſuperiori vicꝫ pape ſup hoc denūciandus. ar. eorū que legūtur ⁊ no. extra de preben. graue.

Queſtio.

k Niſi forſitan. iii. dictū. ⁊ nota ꝙ hec dictio forſitan pōt ſumi hic aſſertiue. ſic al's ſumiſ ex. de renū. c. niſi cū pridem. §. ꝓ ꝯſcientia. ⁊ ibi ꝑ Ber. in. ꝟ. forſitan. pōt etiā legi dubitatiue ſicut alias ſumiſ in. c. magne. de vo. ⁊ vo. re. vbi de hoc in glo. ꝟ. forſitan.

l Rōnabile. iſta rōabilitas taxat. i. e. c. priori. ibi videas.

m Retinendū. eſt eni regulare ꝙ ꝓ debito naturali vbi nō dat actio pōt quis vti iure retentionis. ff. cōi. di. l. in hoc iudicium.

n Sub pena. iiii. dictū. o Eccleſiaſticos iudices. intellige de inferiorib⁹ ep̄orū nā ep̄i hac pena nō ligant eo ꝙ de eis nō ſit mentio ſpecialis. de ſen. excōi. c. ꝗ periculoſum. li. vi.

p Ipſo facto. ⁊ ſic pena eſt ſententie late.

q Donec. pro iſta clauſula quid importet vide. ſ. de ſo. cōpe. c. i. ꝟ. donec. ⁊ ꝟ. ſatiſfecerint.

r De premiſſis. ſ. impedimentis quo ad executores de quibus dictū eſt in prin. c. Item de vſurpatiōe bonorū decedentiū ab inteſtato vt ꝑꝫ in ꝟ. necnon.

ſ Satiſfecerint. ſ. in primo caſu reſtituēdo bona his ad quos ꝑtinet diſtribuēda. In ſcdo caſu diſtribuēdo ipſa bona vt hic mādat

t Cōpetenter. circa h̄ vide q̄ ſcripſi. ſ. de ſo. cōpe. c. i. ꝟ. ꝯpetēter.

Adeo quorūdam et infra. Statuimꝰ vt probationē vel approbationē ſeu inſinuationē teſtamentorum quorūcūq3 nichil ꝑ epiſcopos ſeu alios ordinarios capiatur omnino. ꝑ clericos tamē ſcribentes inſinuationes huiuſmodi ſex denarios dūtaxat recipi ꝑmittimus ꝓ labore. Quod ſi aliquod inuentarium bonorum cuiuſcūq3 defuncti in compoto triginta ſolidorum ſūmam reperiatur excedere quod tamen ad cētum ſolidos minime extēdatur pro cōpoto et agendis omnibus circa ipſum acquietātiarūq3 litteris ſeu alijs q̄buſcūq3 epiſcopi aut ordinarij ſeu deputati ab eis et audientes compotū vel miniſtri alii compotis huiuſmodi intēdentes vltra duodecim denarios recipere nō preſumant. Si vero centū ſolidorū ſummā aut vltra minus tamen viginti libris dicta ꝯtineant inuētaria compotis intendētes et alii predicti pro ipſorum labore acquietantiarum litteris et alijs ſupraſcriptis triū ſolidorum ꝑceptiōe penitꝰ ſint ꝯtenti. ¶ Sed ſi viginti libras aut vltra minus tamen ſexaginta librarū ſummā habeant vltra quinq3 ſolidos pro labore litteris et ſcripturis alijs non admittant. Si vero quadraginta librarum aut amplius minus tamen centū librarū ſummā attingant huiuſmodi inuētaria decē ſolidos pro pre

Diuiſio. a ¶ Adeo quorūdam. Hec eſt ꝯſtitutio eius cuius ⁊ precedens. Et h3 quattuor ptes. In ꝑma taxat qđ recipi vel nō recipi debeat pro inſinuatōe teſtā. In ſecūda ibi Q; ſi aliquod. taxat quid recipi debeat per laborantes circa auditionem cōpoti ſm̄ minꝰ ⁊ maius. In tertia ibi Si vero quinq3. adijcit penam cōtra facientibꝰ. In quarta ibi In ipſa. limitat tempus dandi acquietantias ſuper adminiſtratione.

b ¶ Et infra. Hic deciditur cauſa mouēs editionem huius ſtatuti que ſatis p3 in integra.

c ¶ Pro ꝓbatione. i. ꝓbationū receptione.

d ¶ Approbatione. i. decreti ſup valore teſtamēti ꝓlatione.

e ¶ Inſinuatōne. i. apud acta iudicis publicatiōe vel tranſſumptōne. C. e. ti. l. publicati. vbi de hoc ⁊ dixi. ā. e. c. Item ꝗ locorū. ꝟ. inſinuationem.

f ¶ Quorūcūq3. ſiue diuitū ſiue pauperū ſiue procerū vel plebeiorum.

g ¶ Ordinarios. Loquitur itaq3 de ipſis iudicibus quos vult ſuū officiū impendere gratis. ⁊ cōcordat ſimili. C. de epiſ. et cle. l. nulli. §. cū autem. C. e. ti. l. conſulta diualia.

h ¶ Omnino. i. vllo modo de hac dictione omnino habes ex. de iuriu. c. et ſi ꝗs. ibi. dico vobis nō iurare omnino. vbi exponit omnino. i. pro quacūq3 cauſa leui. Aliqn̄ exponit omnino. i. nullo modo. ff. de fideiuſ. l. grece. §. illud. ſed ibi ſic exponitur qꝛ negatio ſubſequitur dum dicit omnino nō obligari. ſecus eēt ſi negatio precederet. Item cōcor. de hac dictione omnino ponit Archi. de elec. c. licet canon. ꝟ. omnino. li. vj.

i ¶ Per clericos. ꝛc.

k ¶ Inſinuatiōes hmōi. ex hac littera apparet approbatiōem et inſinuatiōem ſupponere pro eodem: vel3 pro actu publicatiōis ipſius teſtamenti. alꝰ ſi ponerētur vt diuerſa repeteret qđ prius dixit de approbatione. Hic tñ aduerte ꝙ clerico ſcribenti hmōi inſinuationes limitat pro labore tm̄. vj. denar. Nūquid ergo ſi contingat teſtes in probatione teſtamēti examinari et oporteat eorum depoſitiones ſcribi cōtentabitur clericus ſcribens tātū vj. denar. puto ꝙ nō: immo ſm̄ q̄titatē laboris fiet ſibi remuneratio. ⁊ idem intelligo ſi teſtamentū ꝓlixū ſit in ſcriptura ⁊ ipm̄ oporteat regiſtrari vt vel3 etiam tunc regiſtrarius pro ſuo labore cōgruam remunerationē recipiat. ar. ad hoc aut. de iudi. §. in ca coll. vj. xij. q. ij. c. eccleſiaſticis. C. de offi. ꝑfec. pretor. l. in noīe dn̄i. §. penul. ⁊ notabiliter ad hoc facit qđ legitur in extrauag. Jo. xxij. cū ad ſacroſancte. §. ſi vero eiſdem

Queſtio.

l ¶ Sex denarios. hec ſumma limitatur ad certū vt euitetur difficultas cōueniendi cū notario qui alias circa hoc ſe grauem exhiberet. de reſcrip. c. ſtatutū. §. notariū. li. vj. C. de iure fiſci. l. facultas. li. x. Et ſi q̄ras quare ꝯſtitutiōis lator ad hanc ſummā taxauit ⁊ nō ad ampliorem vel minorē. Reſpōdeo qꝛ ſic ſibi placuit vnde eſt pro ratione voluntas. ff. de cōſti. prin. l. j. ⁊ talem ſummā pro labore arbitratus eſt ſufficere. ar. C. de tempo. in inte. reſti. l. ſuperuacuam. ¶ Sed quero cuius ſumptibus ſatiſfiet clericis hmōi ſcribentibus: dic ꝙ ſumptibus eorū qui ꝓcurant hmōi inſinuationes fieri ſaltem de bonis defuncti. ar. ad hoc. C. de iure deli. l. ſcimus. §. in computatione.

☞ Queſtio.

m ¶ Q; ſi aliquod. ij. pars.

n ¶ In cōpoto. ſ. numeratione ſiue calculatione ſummarū bonorum contentorū in inuentario.

o ¶ Triginta ſolidorū. ſ. vſualiū de moneta anglie.

p ¶ Excedere. ſic ergo in ſumma. xxx. ſolidorū vel minus non habet locū qđ hic dr̄: ſed vſq3 ad ſummā illā erūt cōputantes liberi

q ¶ Centū ſolidos. ſ. vſualis monete. ⁊ ſic intellige ꝑ totū hoc capitulū. Eſt tñ verū ꝙ l. cōſulta diualia. C. e. ti. loquitur de centū ſolidis nō vſualis monete: ſed legalibus. qui ſolidi in quibus differūt dixi. ā. e. ti. c. Item ꝗ locorū. ꝟ. ſolidos. §. plenꝰ. ā. e. c. ſtatutū. §. teſtamētis. ꝟ. laicis.

r ¶ Pro cōpoto. i. auditiōe cōpoti vel actu computandi agendis omnibus ſiue in iure ſiue in facto cōſiſtentibus.

s ¶ Circa ipm̄. ſ. compotū. ¶ Sed qđ ſi in auditiōe cōpoti immineat citatio alicuiꝰ vel aliquorum faciend̄ forſan ex decreto eorū qui ſunt auditores ⁊ iudices compoti Nūquid licebit his quorum intereſt pro talibus aliquid vltra ſummā hic limitatam recipere vel3 xij. denar. de quibus §. ſequitur. eſtimo ꝙ ſic quia hec potius cōcernunt rationem cōpoti extrinſecā q̄ intrinſecā maxime cū cōpotus de ſe nō ſit perfectus neq3 plenus. Hec nāq3 cōſtitutio habet intelligi de ꝯpoto pleno ⁊ perfecto alias autem nichil actū eſſe dicetur. C. ad ſille. l. cū ſilleianū. nā legiſlator nō videtur de re imperfecta ſenſiſſe: vt ibi patet. cōcor. habes ad idem eadem. l. in glo. viij.

t ¶ Acquietantiarū. de materia acquietantiaꝝ videre poteris notata ꝑ Chy. C. de tranſac. l. ſub pretextu. ꝛc. iuxta premiſſa quero ⁊. C. de excep. l. ſi ex maiore. ꝑ eūdem. ⁊ dicā. ſ. e. §. viij.

v ¶ Alijs quibuſcūq3. hec clauſula gnālis ꝯphendit oēs caſus de quibus ꝯſtōnis lator nō potuit ꝓuidere in ſpecie. nā in ꝯſtōe aliqua nō pñt ſinguli caſus occurrere valentes ꝯphendi. ff. de legi. l. nō poſſunt. ꝑetea tñ illud intelligere pro membrana / pro cera / pro ſigillo / ⁊ alijs ſine quibus talia expediri nō poſſunt.

x ¶ Epi. de his principaliter loquitur qꝛ eorū circa ꝑdicta principaliter verſari dz officiū vt p3 in pluribus locis ſuperius alleg.

y ¶ Ordinarij. ſ. iferiores epo. z ¶ Deputati. i. cōmiſſarij.

a ¶ Ab eis. ſ. epis vel inferioribus ordinarijs iuxta ea q̄ dixi. ā. e. c. ſtatutū. §. teſtamentis. ꝟ. approbatis. ꝛc. ſed nūquid.

b ¶ Audientes cōpotū. i. auditores forſan ad hoc deputati.

c ¶ Miniſtri alij. vtputa dictorū ordinariorum cōmiſſariorū vel auditorū clerici ſeruiētes vel alij in talibꝰ experientiā ⁊ praxim habentes. ar. ad hoc. C. de iudi. l. certi iuris.

d ¶ Cōpotis. i. calculatiōibꝰ. e ¶ Intēdentes. i. operā dātes.

f ¶ Ultra duodeci. minus tñ licet recipere. C. de dila. l. j. maxime vbi partes ꝯueniūt de minori ſumma. ar. ff. de no. ope. nūci. l. j. §. inde queritur. ſed ſi nō cōueniant ad minus debetur iſta ſumma.

g ¶ Recipere. etiā a gratis offerente. ar. ad hoc de cenſi. c. exigit. de reſcrip. §. ſtatutū. §. ſi q̄s aute. li. vj. h ¶ Si vero. ꝛc.

i ¶ Minꝰ tñ. ſi ad modicū minꝰ ſe extēdat bene poterit locū hēre qđ h ſtatuit. ar. de cō. di. ij. c. reuera. ff. de in lit. reſti. l. ſcio. vbi de h.

k ¶ Alij ꝑdicti. ſ. auditores cōmiſſarij vel etiam ipſi epiſcopi.

l ¶ Labore. ſ. in audiendo hmōi compotū ⁊ vacando eidem.

m ¶ Alijs ſupraſcriptis. i. quomodolibet agendis.

n ¶ Penitus. i. protſus ex toto. Sic alꝰ ſumit de offic. ordina. c. ordinarij. ꝟ. penitꝰ. ꝑ Jo. an. de cleri. egro. c. vnico. ꝑ Archi. li. vj.

o ¶ Sed ſi viginti. ꝛc.

p ¶ Litteris. ſ. acquietantiarum.

miſſis recipiant et nõ vltra. Si vero[q] ſummã centuz librarum vel amplius dicta contineant inuentaria minus tamen centũ quinquaginta libris ſummam contineãt vltra viginti ſolidos pro predictis recipere non preſumant[r]. Sicq; ad vlteriora aſcendendo ſiue procedendo pro ſingulis quinquaginta libris excreſcentibus preter ⁊ vltra dictos viginti ſolidos alios decẽ ſolidos recipiant et nõ amplius. Clericis[s] tamen pro ſingulis acquietantiarum[t] litteris quas ſcribũt ĩ hac parte vltra ꝑmiſſas ſex denarios accipere[v] permittimus ꝓ labore. ¶ Si vero[x] quẽquã in aliquo caſuum predictorum vltra ſummã ꝑtaxatam quauis cautela ĩ pecunia numerata ſeu rebus aliis ꝯtingat accipere duplum[y] eius qḋ receperit vltra fabrice cathedralis[z] eccleſie loci[a] infra mẽſem[b] reddere[c] teneatur. Alioq̃n[d] extunc[e] epi[f] duplum ipſuz vltra predictum tempus[g] reſtituere[h] differẽtes ſciãt ingreſſum[i] eccleſie eis eſſe interdictum[k]. Inferiores[l] vero ab officio[m] et beneficio nouerint ſe ſuſpenſos[n] quouſq;[o] de duplo huiuſmodi dictis cathedralibꝰ eccleſiis plenariam[p] ſatiſfactionem impendant. In ipſa[q] vero probatõe approbatione vel inſinuatiõe teſtamentorũ quorũcũq; vel poſtea[r] añ[s] adminiſtratõis cõpotorꝫ redditiões fideliter[t]

q ¶ Si vero ſummam. ⁊c.

r ¶ Non preſumant. Sed quid ſi inuentaria hmõi excedũt centũ libras? dic ꝙ tunc ꝓ ſingulis ſũmis excreſcentibꝰ ſeruabit ordo ꝑdictus quouſq; deueniat ad alias centũ libras ⁊ ſic de ceteris. vtrobiq; nãq; eſt eadẽ ratio: vnde idẽ erit ius. ff. ad. l. aquil. l. illũ autez. de pace iura. fir. §. vltimo. ex. de ꝯfir. vtili. c. cũ dilecta. §. nos igitur.

s ¶ Clericis tñ. ⁊c.

t ¶ Acquietantiarũ lrãs. cõtra hoc videt eſſe lrã q̃ ponit. ĩ. in pn. ibi acquietantiarũ litteris ⁊c. Solutio. lrã dꝫ intelligi inq̃ñtũ cõcernit epos/ordinarios/cõmiſſarios/auditores/aut alios miſſos quibꝰ forſan ex ſuo officio incũbit tales acquietantias ꝯcedere ⁊ ſigillare: hic loquit inq̃ñtũ ꝯcernit clericos ſcribentes q̃rũ labor nõ erit ſine mercede. C. de pn. agen. in rebus. l. agentes. li. xij. ⁊ dixi. ĩ. e. §. inſinuationes hmõi. ad fi.

v ¶ Accipere. nõ dicit q̃rere ſed moderata dꝫ eſſe talis acceptio vt. ſ. quãtitas recipiendi moderet ⁊ ꝯmenſuret ſm q̃ñtitatẽ laboris. Non enĩ dꝫ recipiens eſſe oneroſus nec ſoluẽs parcus iuxta illud Oneroſus creditor nec delicatus debitor audiẽdus eſt. ff. de pig. act. l. ſi ſeruos. in fi. dꝫ enĩ in talibus attendi qḋ ſolitũ eſt fieri. de offi. ordi. dilectus. de ſen. excõ. venerabilis. §. denique. li. vj. cũ ſimilibus. Stilus nãq; ⁊ cõſuetudo curiarũ ⁊ locorꝫ ſingularũ ſeruãda ſunt. ar. optimũ ad hoc. C. de iuſ immu. l. j. §. ſed ſi que. ⁊ de cõſtitu. ex litteris. vbi de hoc p Hoſtieñ. de crimĩe fal. c. q̃ graui. ⁊ p Inno. de offi. leg. quod tranſlationem.

x ¶ Si vero quẽq̃. tertia pars.

y ¶ Duplũ. ſimile habes de cenſi. c. j. §. caueat. li. vj. ⁊ c. exigit. e. li. Et in hoc duplo forſan inerit aliqḋ ſimplum. illud. ſ. qḋ vltra recepit. Facit ad hoc de cenſ. c. ꝓcurationes. in fi. vbi de hoc in glo. vltima. Et faciũt ad hoc notata per docto. c. plerique. de immuni. eccle. Ibi tñ dicit Innoc. ꝙ illud qḋ iniuſte receptũ eſt reſtitui dꝫ illi a quo receptũ eſt. Illud aũt qḋ adiicit per viam pene habebit eccleſia ⁊ ſic ſm hoc in duplo ineſt ſimplũ. litera tñ huius ꝯſtõis videt innuere ꝙ illud duplũ totũ retinet noĩe pene dũ dicit duplũ eius qḋ recepit. Et ad illud facit inſti. de oblig. q̃ ex malefi. naſc. §. fi. Huic tñ qḋ primo dictũ eſt videt cõcor. ff. de publi. ⁊ vectiga. l. hoc edicto. §. querentibus. vbi dicit Barth. ꝙ q̃ñ ſtatutum dicit ꝙ aliquis ſoluat duplum tunc vnũ eſt ſimplum rei perſecutoriũ: ⁊ aliud penale. Ubi vero loquitur in materiis mere penalibus duplatur illud quod erat ſimplandum. ff. qḋ me. cauſa. l. ſi cũ exceptiõe. §. i. ⁊ §. quadruplatus. ⁊ illud ſimplum in dubio ineſt duplo vt pꝫ. d. c. querentibus.

z ¶ Cathedralis eccleſie. videret potiꝰ hoc fore reſtituendũ ei a q̃ male receptũ eſt. de cenſ. c. exigit. dici põt ꝙ illud male receptũ reſtitui dꝫ. reſiduum vero applicabit eccleſie cathedrali noĩe pene ſm Inno. qui ſic ſentit de immuni. ec. c. q̃ plerique. ⁊c. pauperibꝰ. Et ad hoc optime facit iſte textus eiuſdem. c. ⁊ in. c. ꝓcuratões extra de cenſ. Iſta tñ littera videt innuere ꝙ totũ illud duplum applicabitur fabrice eccleſie cathedralis vñ tunc oporteret dicere ꝙ preter hoc duplum ſimplũ etiã male receptũ eſt reſtituendum. Alias peccatũ nõ dimittit vt in re. iuſ. peccatũ. li. vj. maxime vbi perſona recipiens nouit a quo vel a quibus recepit. Circa hanc materiã. ſ. male receptorũ quõ quis teneat ad reſtitutiõem nota optime de immu. eccle. c. q̃ plerique. p Inno. ⁊ de peni. ⁊ remiſſi. c. fi. per Hoſtieñ. in ſumma.

a ¶ Loci. ſ. ipſius recipientis. Uel dic loci. ſ. in quo aliquid tale male receptum eſt. ar. de foro cõpe. c. j. §. contrahentes. cum glo. doctoꝝ. ibi poſitis. li. vj.

b ¶ Infra menſem. ſimile habes de cenſ. c. exigit. li. vj.

c ¶ Reddere. quõ debit reddere ⁊ dare potes colligere. ff. depoſiti l. j. §. elegãter. ff. de ſta. li. l. ſtichũ. §. ſi heres. vnum tñ ꝓ alio q̃nq; ponit. ex. de decimis. c. j. v. decimarum. circa mediũ. per Archi. li. vj.

d ¶ Alioq̃n. ſ. ſi nõ reddat

e ¶ Ex tũc. ſ. lapſo menſe ff. de cõdi. ⁊ demõ. l. iiij.

f ¶ Epi. hoꝝ nũcupatõe cõtinentur ⁊ archiepi vt no. Io. an. de ſen. excõ. c. q̃ periculoſuz. v. de epis li. vj. ibi videas.

g ¶ Tẽpus. ſ. menſem.

h ¶ Reſtituere. prius dixit reddere. ⁊ ſile habes in. c. exigit. ꝑall. de cenſ. li. vj. In caſu tñ nõ ſtat impꝓprie vt ſatis pꝫ cũ nõ loquat de perſona a qua receptũ eſt.

i ¶ Ingreſſum eccleſie. Cũ talibus enĩ incipiendũ eſt primo a leuiori pena. Cui cõcor. de offi. dele. c. ij. li. vj.

k ¶ Interdictũ. ſ. ipſo facto. vnde ſi interim celebrent in eccl'ia ſicut priꝰ efficiũtur irregulares. et ſi moriant nõ debent ſepeliri in eccleſia nec in cimiterio. de ſen. excõi. c. is cui. li. vj.

l ¶ Inferiores. ex hoc qḋ hic ſequitur potes colligere ꝙ magis punitur minor q̃ maior. Pro quo dic vt no. p Her. ⁊ alios de iureiu. c. cum quidam.

m ¶ Officio ⁊ beneficio. Sufficiſſet dixiſſe ſolũ ab officio. Nam ſuſpenſus ab officio p ꝯſequens ſuſpenſus eſt a beneficio. vj. q. j. ſi quis preſbiter. de app. c. paſtoralis. xxxij. di. eos. Tu dic circa hoc vt dixi. ĩ. de cõſti. c. j. ſuper. c. v. ad fi.

n ¶ Suſpenſos. vnde ſi interim celebrent vt prius efficiũtur irregulares nec poſſunt abſolui ab alio q̃ a papa. de ſen. ⁊ re iudi. c. cũ eterni. de ſen. excõ. cũ medicinalis. li. vj.

o ¶ Quouſq;. ⁊ ſic facta reſtitutione ſtatim ſunt abſoluti. lxxxi. di. ſi qui. cũ ſuis ꝯſor. de ſponſ. c. nõ eſt. ⁊ ſic no. Io. an. de cenſ. c. exigit. v. quouſq;. li. vj. Et hoc verũ intellige ꝙ nõ requirit ſnia abſolutionis. Sed q̃ põt eſſe dubiũ an ſatiſfecerit necne ideo ſup hmõi ſatiſfactione neceſſaria eſt declaratio. Circa qḋ vide quod ſcripſi. ĩ. de foro cõpe. c. j. v. ſatiſfecerint. ibi plene.

p ¶ Plenariam. ſimile habes de cenſ. c. exigit. li. vj. vbi eſt omnino conſimilis littera.

q ¶ In ipſa vero. Quarta pars. Et dic in ipſa. i. in ipſo actu ꝓbationis vel inſinuationis.

r ¶ Poſtea. i. incõtinenti ſiue ex interuallo.

s ¶ Ante. ſume qḋ eſt. ſ. redditiones ⁊c. Eſſet enĩ quedam incõuenientia aliquem liberare a cõpoto qui nullũ vel minus plenum compotum reddidit.

t ¶ Fideliter. i. plenarie. ex. e. c. cũ in tua. vt ſic dictio ⁊ ibi poſita ponat pro id eſt/⁊ ſic ſtat expoſitiue. Ille nãq; qui tenet ratiões reddere tenet etiam de reliquis reſpondere. ff. de cõdi. ⁊ demõ. l. q̃uis. ⁊ hoc verũ intelligas in executore particulari. ſecus in vniuerſali qui eſt loco heredis vt dixi. ĩ. e. c. ſtatutũ. §. inhibemus. v. reddere ratiõem. ⁊ §. teſtamentũ. v. effectũ. ad fi. glo. et. e. ti. c. ſtatuimus. v. propriis ſuis bonis. ¶ Sed quero nũquid ordinariꝰ poterit talem executorem liberare a cõpoto ſine ratõe reddenda Uidetur ꝙ ſic ſicut alis de confectione inuentarij dixi. ĩ. e. c. Statutũ. §. inhibemus. v. inuentariũ. ⁊c. ordinarius etiã. Et ſic p cõſequens poterit eũ acquietare ꝯpoto nõ recepto. Eſtimo tamen Queſtio.

contrariū eſſet verū. nam ſi teſtator non poſſit liberare executores a ratiōe reddenda vt legitur extra. e. c. tua nos. ⁊ dixi. ſ. e. c. religioſa. ¶. rōnem. multo minus ordinarius hoc poterit. ratio eſt quia eſſet ɔtra ius publicū. ff. de admi. tu. l. quidam decedens. ff. de teſta. tu. l. iure noſtro cū ſimilibus. Redditio nāq̄ ratiōis non cōcernit ordinariū ſed alios quorū intereſt vt dixi. ſ. e. c. ſtatutum. §. inhibem⁹. ¶. ordinarios. alias ſi rōis redditio poſſit remitti de facili daretur executoribus via oīa retinendi et ſibi appropriandi cōtra illud quod legitur extra. eo. c. tua nos. ſibi aliis vſibus ⁊c. Facit inſti. vi bo. rap. §. Sed ne dū talia. de diuor. quāto. §. penl. cū ſimilibus. Sic videtur ſentire Hoſtien. d. c. tua nos. ¶. teſtatorib⁹. dicit tñ ꝙ vbi executor ex voluntate et nō ex neceſſitate ſumit in ſe tale onus nō tenet ad rōnem niſi ex bono et equo iudicis arbitrio faciēdam ar. ff. de ma. teſt. l. qui filiū ad ſi. ff. de lib. leg. l. Aurelius. §. filias. ad ſi. ⁊ l. creditor. §. inter cetera. ⁊ premiſſis adde que dixi. ſ. e. c. religioſa. ¶. rōnem. Sed ecce cū executor teneat fideliter adminiſtrare bona defuncti ⁊ de eis reddere rōem vt hic dicit ⁊ talis redditio rationis vt regulariter fieri debet adminiſtratione impleta vt dixi. ſ. e. c. ſtatutū. §. inhibemus. ¶. reddere ratiōem. ⁊c. ⁊ ſcias. Quero infra quod tēpus debet compleri talis adminiſtratio. Circa cui⁹ queſtionis ſolutionem dicunt aliqui ꝙ hoc debet fieri ſm qualitatem iniūcte executionis ⁊ ſic non eſt dare tempus certū. Alij dicunt ꝙ debet fieri infra annū a die adminiſtrationis recepte. C. de epiſ. et cleri. l. nulli. §. cum autem. Tertia opinio eſt ꝙ annus debet cōputari a die facte monitionis per epiſcopū de exequendo. auſ. de eccle. titu. §. ſi autem qui facere. de hered. ⁊ fal. §. ſi quis non implens. extra. e. c. nos quidem. Quarta opinio eſt ꝙ hoc tempus relinquitur iudicis arbitrio. ar. c. de cauſis. extra de offi. deleg. ff. de iure deli. l. j. Petrus de anchora. dicto. c. nos quidem / dicit ꝙ vbi tempus eſt limitatum per teſtatorem: tunc illud tempus currit a tempore adite hereditatis et ſcientie. ff. de ſta. li. l. ſtatulib. §. ſi quis here. Alias autē vbi tempus non eſt limitatum dabitur terminus per epiſcopum ad implendū piam voluntatem teſtatoris Et tūc tempus currit a die monitionis vt dicto. §. ſi quis nō implens. Fredericus de Senis dicit ꝙ hoc tempus erit annale tantū. vt dicto. c. Nos quidem. niſi ille ad quem pertinet fuerit iuſta cauſa impeditus. Et ſic ipſe notat conſilio centeſimoviceſimoquarto. Et circa hoc vide notata per ſpecu. ti. de inſtru. edi. §. nunc vero aliqua. in ¶. illud etiam queritur. ⁊ ibi per Joh. an. in add. que incipit Hic omnis vide. Potes videre quales expenſe allocari debent executoribus in redditione compoti.

v ¶ Acquietantiarum litere. de his dedi remiſſiones. ſ. e. c. ¶. acquietantiarum. Sed pone ꝙ de facto ordinarius ante rationes fideliter redditas facit executoribus acquietantiam generalem de vlterius non reddendo rationem in quo valet talis acquietātia. Dic ꝙ valet quo ad ea que prius fideliter adminiſtrata ſunt ⁊ in compotū deducta dum tamen dolus et fraus abſint. Nam alias in generali quietatione non veniunt geſta per dolū vel fraudem. ff. de libe. lega. l. lucius. et l. aurelius in fine. niſi etiam dolus expreſſe ſit remiſſus. vt in l. actione. C. de tranſac. Et hoc verum eſt vbi talibus executoribus aliquid adeſt: quia forſan aliqua de bonis defuncti ſubtraxerunt vel aliqua retinent ⁊ ſic ſunt in dolo. nam tunc ad talia non extenditur talis acquietantia vt dicta. l. lucius. et. ff. de pactis. l. tres fratres. Si vero nichil eis adeſt tunc dolus videtur remiſſus. Et ſic intellige gloſam quam habes dicta. l. actione. C. de tranſac. vbi vero talis acquietantia concernit adminiſtrationem futuram nunq̄ poteſt intelligi remiſſus dolus etiā ſi hoc ſit expſſum. fac. l. ſi vnus. §. illud. ff. de pactis. ⁊ l. quidam decedens. ff. de admini. tu. ⁊ ſic ſtat. l. ſi quis rationes. ff. de libera. lega. immo non obſtante tali acquietantia tenetur ex bono et equo reddere rationem vt predixi. ſ. glo. proxi. Hic materiam habet Barth. ff. de lib. leg. l. ab aurelio. §. Saius et notatur per Petrum de anchorano extra. e. c. Johannes. ¶. quinto quero. et aliis ¶¶. ſequentibus.

factas acquietanciarū litere teſtamentorum executoribus nullatenus concedātur ſub pena ſuſpenſionis ab igreſſu eccleſie per ſex menſes quam contrafacientes incurrere volumus ipſo facto.

x ¶ Suſpenſionis. Hanc penam in hoc caſu nō incurrent epiſcopi eo ꝙ de eis non fit mentio ſpecialis vt patet in. c. quia periculoſum. de ſen. excō. li. vj.

y ¶ Sex menſes. Incipiendo hos ſex mēſes poſt litteras huiuſmodi realiter conceſſas. Nam pena que ipſo iure incurritur non committitur ex delicto inchoato ſed cōſummato ſicut notatur de regu. iur. c. in penis per Jo. an. in nouel. li. vj. vbi de hoc optime

¶ De ſepulturis.

Johannes ſtratford.

¶ Nullus eccleſiaſticus pernoctetur apud defunctum niſi ſit cōſanguineus pſalterium dicturus: ſub maioris excōmunicatōis pena.

Quia ſepe et infra. Statuim⁹ in noſtra prouincia ꝙ peractis a viris eccleſiaſticis mortuorum memoriis nulli in priuatis domibus in quibus mortuorum corpora vſq̄ ad ſepulturā frequēter requieſcūt decetero recepētur ad ɔſuetas nocturnas vigilias pagēdas defunctorū amicis ꝓpinquis

a ¶ Quia ſepe. Hec eſt conſtitutio Johānis ſtratford Cantuarienſ. archiepiſcopi. ⁊ habet tria dicta. In primo ponitur ſtatuti editio. In ſecundo ibi Defunctorum ponitur quedam exceptio. In tertio ibi Sub pena. adijcitur pene cōminatio Diuiſio

b ¶ Statuimus. ex hoc apparet ꝙ eſt ius nouum.

c ¶ Eccleſiaſticis. quorū officiū circa ea que ſequitur verſari debet inter cetera eis incumbentia.

d ¶ Memoriis. id eſt exequiis de quibus habes. xiij. q. ij. c. pro obeuntibus. et. c. anime defunctorum. et. c. q. c. non eſtimemus. vbi patet ideo generaliter pro regeneratis omnibus ſolennes orationes fieri: quia non diſcernimus qui ſunt hi quibus proſunt aut quibus non proſunt. Et ideo melius eſt vt talia ſuperſint his quibus non obſunt nec proſunt q̄ ꝙ deſint his quibus proſunt vt ibi dicitur.

e ¶ Nulli. ſume quod eſt. ſ. recepētur.

f ¶ Priuatis domibus. ſcilicet extra eccleſias. Et idem intelligo in eccleſiis. nam eadem immo fortior eſt ratio prohibitionis ſcilicet euitandi malas conuenticulas et perpetrandi alia facinora. vt puta fornicationem / adulterium ⁊ huiuſmodi que numerantur ſub parte deciſa. In his nāq̄ fortior eſt ratio quo ad eccleſias quas decet omnem ſanctitudinem. de immunita. eccle. c. decet. li. vj.

g ¶ Sepulturam. i. tempus ſepulture.

h ¶ Frequenter. ſ. ſm communem vſum patrie.

i ¶ Requieſcunt. i. remanent.

k ¶ Recepentur. ſ. per inhabitantes domos huiuſmodi.

l ¶ Conſuetas. ſic ergo conſuetudo que tendit ad noxam et ad ſcandalum eradicanda eſt. viij. di. mala.

b ¶ Delicto notorio. qđ fit tribus modis. ſ. facti euidentia. confeſſione ꝓpria. ⁊ iudiciali ſentētia. extra de cohabi. cle. ⁊ muli. c. veſtra. Et nota q fornicator notorius pōt dici aliquis eo ipſo q tenet mulierem publice in domo ⁊ in menſa. Et talis poteſt dici notori' fornicator notorio facti actu ꝑmanentis. Et ſm quoſdā ſi celebret eſt irregularis. Dicit tñ Jo. de Ly. q ad effectū vt talis notorie peccans incidat in penā irregularitatis opus eſt vt precedat monitio iudicis vt deſiſtat. allegat ad hoc de cohabi. cleri. ⁊ mul. c. ſicut. ⁊ duobus. c. ſequentibus. Et notoriū in genere ſic deſcribitur. Notorium eſt probatio indubitata ⁊ finita nulla diſcuſſione egens. Probatio in hac diffinitiōe ponitur vt genus. Dicitur indubitata ⁊ finita ad differentiā aliarū probationū: qꝛ notoriū eſt probatio probata. Alie aūt probationes ſunt probāte. Indubitata dr̄ qꝛ vt dicat notoriū opȝ ibi dare gradū vltimū. ſ. fidei. Vbi ſciendū q ad habendū fidem ſiue credulitatem ſuper re aliqua eſt dare plures gradus perueniendi ad certitudinem talis rei. Primus gradus eſt dubitatio qꝛ animus modo titubat in vnam partem modo in aliam partem nec vehementer plus applicat animū ad vnā partez ꝗ̄ ad aliā ⁊ in hoc nullus eſt gradus probatiōis vt dicit Barth. ff. de iur. ⁊ facti igno. ſuꝑ Rubrica Ad hanc autez dubitatiōem ſapientis animus nō mouet. Ad cui' animū et nō ad inſipientis recurrendū eſt. ex de ſalſ. c. fi. Hec aūt dubitatio eſt principiū inueſtigationis certitudinis et fidei. Poſt hanc iudex incipit inclinare animū ad aliquā partiū non tñ vehementer. Et hec vocat ſuſpicio: ad quā deducit iudex quādoqȝ argumētis. ex de ꝓba. c. cauſam. ff. de ꝓba. l. iij. Argumentū nāqȝ eſt rei dubie oſtēſio in gradu materie ſubiecte poſſibili: ⁊ hoc contingit dupliciter. Vno modo qñ argumentum trahit a ſenſu corporeo: ⁊ tali argumento vtitur iudex iudicādo. ff. de teſti. l. iij. iiij. q. iij. ſola. Alio modo qñ argumētū trahitur ex diſcurſu intellectuali in finem ſcientie: ⁊ illud ſpectat ad logicum: ⁊ eo quādoqȝ vtitur iudex in concludendo ex probationibus. C. de contrahen. et committen. ſtipula. l. optimam. de teſtibus. c. ex tenore. Nam ſi ticius hodie fuit rome ſequitur q hodie non fuit in anglia. Quādoqȝ iudex inducit ad ſuſpicandū aliquid per certa indicia ex quibus informatur et' animus aliquid ſuſpicari. extra de ꝓba. c. in ꝑſentia. facit glo. de ꝓba. c. iij. loco. et textus de hereti. c. excōicamus. Et de iſtis ꝓbationibus per indicia quid operent notat ſpecu. ti. de ꝓba. §. videndū. vƀ. hic etiam. ¶ Secūdus gradus eſt opīo: qꝛ ex deductis vltra dubitatōez ⁊ ſuſpitiōez incipit opinari ⁊ vltra ſuſpitionem applicat animū ad vnā partem non tñ abſqȝ dubitatione modica vt pꝫ. ff. de iuriu. l. admonēdi. extra de iuriu. c. fi. Hec aūt opinio ſi ex deductis multū violētat pōt dici ꝑſumptio. ⁊ talis ꝑſumptio qꝛ violentat animū iudicis habetur in iure pro plena probatione vt ex ea poſſit iudex iudicare. Et dr̄ ꝑſumptio violenta de ꝑſump. c. afferte. cū ſimilibus. ſin autem ſit temeraria reiici dȝ. Si ꝓbabilis pōt ex ea purgatio indici. ¶ Tertius gradus eſt fides ⁊ firma credulitas quādo. ſ. ex deductis corā ſe animus iudicis intantū informatur q fidez habet eius de quo queritur. Et hec habet pro plena probatione extra de reſti. ſpol. c. cū ad ſedem. ij. q. j. in primis. Vltra hanc tñ eſt dare quartū gradū qui eſt certa noticia ⁊ hanc habet iudex ex ꝓprio inſtrumento naturali ⁊ immediato rem oculis ſubiiciēdo vt. l. ſi irruptiōe. ff. fi. re. extra de accuſ. c. cū oporteat. ¶ Nulla diſcuſſione egens ideo adiicitur. ſ. ad differentiā aliarū ꝓbationū que diſcuſſione ⁊ examinatiōe egent. Hec Antho. d. c. veſtra. vƀ. venio ad ſcdm. ¶ Et ſciendū eſt q triplex eſt notoriū. ſ. iuris facti ⁊ ꝑſumptionis. Notoriū iuris ſm quoſdā eſt ſpontanea confeſſio clara probatio iuſta ⁊ irretractabilis diffinitio. Primum probatur extra de cōfeſ. c. j. Secūdū. C. de re iudi. l. geſta. Tertiū ff. de re iu. l. res iudicata. vel notoriū iuris eſt de quo quis condēnatus eſt vel in iure confeſſus vt. c. tua. ex. c. fi. de cohabi. cleri. et mul. Iſte tñ diffinitiones non placent Antho. de butrio qui dicit q ſunt potius demonſtratiōes ꝗ̄ diffinitiones. Dicit ergo q notoriū iuris eſt ꝓbatio finita per mediū in iure facta aut ex facto iudicialiter diſcuſſo ſiue alias notorie a iure ſumpta approbata ficta vel ꝑſumpta. Eſt eīn probatio vt genus. Eſt finita ad differētiam ꝓbationis q̄ proprie dr̄ dum eſt in fieri qua diſcuſſa et iudicialiter finita dr̄ notoriū qꝛ eſt probatio probata. Dicitur per mediū ad differentiam notorij facti qđ ex ſe abſqȝ alio inſtrumento oculis hoim ſe exhibet: ſed hoc fit per mediū aut cōfeſſio

Notoriū triplex.

nis aut probationis per teſtes vel inſtrumenta. Dicit in iure facta qꝛ vt ꝓbatio tranſeat in notoriū oꝫ ꝙ ſit facta in iudicio. Dr̄ ex facto iudicialiter diſcuſſo: qꝛ fit notorium per ſententiā. Dicit ſiue alias notorie propter notoriū preſumptionis vel fictionis. Dicitur ſumpta a iure approbata ficta vel preſumpta vt includatur quadruplex ſpecies notorij iuris. Quādoqꝫ ei aliquid eſt notorie in iure probatū ⁊ ius illud aſſumit pro perfecta probatōne ⁊ illud dr̄ notoriū probationis ſiue fidei. Quādoqꝫ aliquid probatū in iudicio vel confeſſatū vel alias eſt factū notoriū vt ex eo ius ad aliud factū extendat. ⁊ hoc qñqꝫ diſponendo ⁊ ſic dr̄ notoriū diſpoſitionis. Nam cōſtito in iudicio ꝙ terra ſiue predium ſit infra alicuiꝰ parrochie limites ius diſponit ꝙ decime ſpectēt ad ipſius ꝓrochie eccleſiam. de reſti. ſpol. c. ad decimas. li. vj. quādoqꝫ ꝓgreditur preſumendo ⁊ ſic vocatur notoriū preſumptionis. Nam conſtito notorio ꝙ quis teneat feminā in domo ſuſpectam ius preſumit ꝙ eam cognoſcat. ⁊ hoc eſt notoriū preſumptionis. Item conſtito in iudicio ꝙ ſponſalibus precedentibus aliquis ſponſam cognouerit hoc eſt notorium fictionis ꝙ illa ſit vxor. de ſponſ. c. is qui. Notoriū facti ſm aliquos eſt publica ſeu famoſa vox proueniens ex euidentia rei que nulla pōt tergiuerſatione celari. C. de nup. l. ſi vicinis.

Notorius facti.

¶ Aliter diffinit ſm Vinc. ſic. Notoriū facti eſt quod nō dubitatur a populo vel maiore parte populi. Vel notoriū facti eſt quod quotidie viget ⁊ in preſenti eſt publice videre ſm Vber. Vel notoriū facti eſt i quo fama prebet ſuū adminiculū ⁊ ipſa rei euidentia ꝓſtatur ita ſe oculis omniū vel maioris partis loci ſe exhibens ꝙ nulla tergiuerſatione celari pōt ſm wil. in ſpecu. ti. de crimie notorio. Vel notoriū facti eſt quoddā intellectuale ⁊ notū ſic ꝙ nulla pōt tergiuerſatione celari ſm Io. Cal. An. de butrio cui non placent iſte diſtinctiones dicit ꝙ notoriū facti eſt ꝓbata ⁊ finita et cōiter indubitata probatio immediate natura facti vel rei cōtinue interpolatim aut momentanee oculis omniū aut maioris partis populi ſe exhibens ſic ꝙ nulla pōt tergiuerſatione celari vtputa cuiꝰ vniuerſus populus vel maior pars eius teſtis eſſe pōt. Hec diffinitio ſm eum ſumitur a textu optimo in hac materia vicꝫ. c. cū dilectus. de purga. ca. ⁊ partim a. c. tua. ⁊. c. ſi. extra de cohabi. cleri. ⁊ mu. Et huic diffinitioni cōcor. Archi. de app. c. Romana. §. ſin autem. v. notorio. li. vj. ⁊ de offi. dele. c. j. v. exigunt. c. li. Et huius diffinitionis partes proſequit Antho. d. c. veſtra. vſ. procedo ad expoſitiōem. Dicit eni ſic Ideo in hac diffinitione ponitur probatio probata et finita ad differentiā probationis que diſcuſſione eget. Sed ꝓbatio finita diſcuſſione non eget vnde eſt notoriū: ideo dr̄ cōiter indubitata qꝛ ſi res eſſet dubia non diceret notoriū. Sed ad effectū ꝙ dicat notoriū ſufficit ꝙ attento cōi curſu ſit probatio indubitata qūuis aliqua poſſint allegari vel probari ex quibꝰ obfuſcet. In diffinitione etiam predicta ideo dr̄ indubitata probatio vt detur genus diffinitionis: qꝛ notoriū eſt ſpecies probationis in genere ſumpte ſumendo probationem in genere prout eſt in fieri et non in facto. Immediate ideo dr̄ in dicta diffinitione vt detur differentia inter notoriū facti quod immediate ſumitur a facto. Et notoriū iuris qḋ ſumitur ꝑ mediū aliquod inſtrumētale Vñ dicit lex ꝙ notoriū eſt ſe exhibens oculis oīm non indigens aliq̄ pediſſeco inſtrumento. ff. de in integ. reſti. l. j. Ideo in dicta diffinitiōe ſubiūgitur natura facti vel rei ad oſtendendū ꝙ factū notoriū ex ſe non eget probatiōe facti quātus exigat certificationem qualitatis facti. ſ. qḋ eſt notorium. Dicitur etiam in diffinitione cōtinue interpolatim aut momentanee. ad includendū ſpecies notorij facti que ſunt tres. ſ. facti cōtinui interpolati aut momentanei. Additur in diffinitione oculis omniū aut maioris partis ſe exhibens: ad tollendū diſceptationem doctorū quorū quidam vt Cby. C. de accuſ. l. ea quidē tenent ꝙ notoriū eſt qḋ eſt factū videntibus decem. ar. l. ſi plures. ff. de iniur. Ad qḋ facit qꝛ. x. faciunt parrochiā. x. q. iij. c. vnio. Alij dicunt ꝙ notoriū eſt qḋ factū eſt videntibus tribus: qꝛ tot faciunt collegiū. de elec. c. j. Alij dicunt ꝙ notoriū eſt qḋ fit tot videntibus ꝙ tot nō poſſint in loco reperiri in contrariū. Sed hoc dictū ſimpliciter loquendo nō ꝓcedit: qꝛ ſi aliquid factū ſit coram duobus ſic poſſet dici notoriū cū forte non eſſet reperire duos informatos in contrarium. Sed intelligendo ꝙ tot non poſſint reperiri in contrariū ſi omnes de vicinia vel ipſo loco fuiſſent preſentes tunc bene ꝓcedit illud dictum vt vicꝫ illud dicatur notoriū in quo tota vicinia vel maior pars fuerit preſens ita ꝙ in tota vicinia tot non reperirentur in oppoſitū quot preſentes fuerunt. Vnde dicunt iura id eſſe notorium cuius vniuerſus populus vel maior pars eſt teſtis. ij. q. j. ſcelus. ibi omnibus manifeſta. ⁊ ibi pene totus orbis vndiqꝫ ad limina referebat. Et cōcor. ij. q. j. c. de manifeſta. Et optime de purga. ca. c. cū dilectus. ibi. Cuius vniuerſus populus teſtis eſt. Et faciunt ad hoc nō. per Archi. de offi. dele. c. ſi. in. v. exigunt. li. vj. Duo itaqꝫ ſunt neceſſaria vt quid dicatur notoriū. Vnū ꝙ vniuerſus populus vel maior pars poſſit eſſe teſtis. Aliud eſt ꝙ populus ſit magnus: cuius magnitudinem puto fore relinquendā arbitrio iudicis: qꝛ nō pōt dari certa doctrina. facit ad hoc. l. j. ff. de iure delib. de offi. dele. c. de cauſis. Vnde ſufficit ꝙ iudex hoc arbitret ſm qualitatem loci. verbi gratia. vbi factū de quo agitur ꝯcernit ꝓuinciā notoriū dicetur qḋ tota ꝓuincia vel eius maior pars nouit. Si reſpicit ciuitatem notoriū erit id qḋ ſcit tota ciuitas vel maior pars. Si reſpicit parrochiam opus eſt ꝙ tota parrochia vel maior pars hoc ſciat. Et ſatis equū erit arbitriū ſufficere parrochiam eſſe de decem hominibus vt dicit Cby. in diffinitione predicta. Subiūgitur oculis oīm ſe exhibens In quo dicto ſumi debet oculus pro quolibet ſenſu corporeo de quibus legitur et nō. ex. de teſti. c. cauſam. Et in hoc differt a famā qꝛ in ꝓbatione fame nō exigitur maioris partis populi noticia imediata ita ꝙ poſſit eſſe teſtis Sed ſufficit maiorem partem populi h̄ habere etiam ex auditu ⁊ ſic per mediū In fama etiā ſufficit vniuerſum populū vel maiorem partem eſſe teſtem qꝛ hoc dicit licꝫ nō appareat ſe fuiſſe p̄ſentem ita ꝙ immediate ſenſu aliquo id ꝑcepit Sed in loco notorio oportet vniuerſum populū vel maiorem partem eſſe teſtem qꝛ vidit vel preſens fuit vel alio ſenſu corporali immediate id percepit. In diffinitiōne predicta dicitur ſic ꝙ nulla poteſt tergiuerſatione celari. hoc ideo dictū eſt qꝛ oportet ꝙ loco ⁊ tp̄e tali fiat ita ꝙ ſit clarū ſic ꝙ teſtes decipi nō poſſint. Vnde oportꝫ ꝙ locus ſit publicus ⁊ ꝙ fiat corā multis aſtātibus. Et ideo que occulte fiunt in domo ⁊ que de facili probari nō poſſunt nō ſunt notoria. C. de repudijs. l. conſenſu. §. ſin autē. de teſti. c. veniens. ij. de elec. c. cū dilecti. Attendi etiam debet tēporis qualitas qꝛ de die hoc factū eſt ⁊ nō de nocte. xviij. q. ij. ꝑnicioſam. ff. de penis. l. aut facta. de homici. ſicut dignū. Item cōſideranda eſt qualitas facti. nā tale poſſet eſſe factū ꝙ etiā de nocte foret notoriū vt in ſonitu campane ſm Io. Caldri. qui ſic notat in dicto. c. veſtra. Et hec ſufficiunt ad p̄lenꝰ de notorio facti.

Notori
ſumptio

¶ Notoriū preſumptionis eſt euidentia facti a iure vehemēter preſumpta. Barth. dicit ꝙ notoriū dr̄ illud quod habet cauſam permanentem vt textus probat aut. qui ſemel. C. quō ⁊ qñ iudex vbi ꝓponere edicta pōt facere tranſire aliquid in notoriū qꝛ habet cauſam permanentem. Sed vox preconia paucis innoteſcit qꝛ habet cām momentaneā. Pro hoc facit. l. ſi vero. §. qui pro rei. ff. qui ſatiſd. cog. Ita notat Barth. in. l. accūtōe. §. vlti. ff. ad turpill. Et nota ꝙ notoriū vt predixi dep̄henditur loco et tempore. Loco qñ fit coram vicinia vel maiori parte. Tempore. qꝛ de die nō de nocte ſm Io. in no. dicto. c. veſtra. vſ. Et eſt ſciendū ꝙ notoriū ⁊c̄. Et circa hoc qḋ dixi de tp̄e et loco vide nō. per Barth. in materia fame. ff. de queſtioni. l. de minore. §. vlti. Petrus vero de ancho. diffinit notoriū per hos verſus ſequentes

Verſus.

Que vel nemo negat vel populo vel teſte probantur.
Vel ſe ſubijciunt oculis notoria dicas.

Notori
facti tripl

¶ Et ſcias ꝙ notoriū facti eſt triplex. ſ. actus tranſeūtis habentis tñ rei euidentiā ſic ꝙ negari nō pōt. puta ſi ep̄us tranſiuit de vna eccleſia ad aliam ⁊ icepit bona eccleſie miniſtrare. de trāſla. ep̄o. c. quāto. de cle. nō reſi. c. j. vel vbi aliquis occidit hominem in platea vel in cōſpectu populi. ij. q. j. §. autem. Aliud eſt notorium interpolatū de quo pone exemplū de vſuris. c. cū in dioc̄. Eſt ēt notoriū continuū in quo nullus ordo nec probatio requirit vt ſi clericus in carcere teneatur quādo carceres patent oculis. vel ſi quis in domo publice teneat concubinā. ij. q. j. de manifeſta. et hoc exemplū placet Antho. quo ad perſonam mulieris non tñ quo ad carnalem copulam de qua magis preſumitur. Et eſt potius notoriū p̄ſumptionis q̄ facti etiam ſi habet proles gradientes ſuper terram. Nam pōt eſſe ꝙ proles ſit alterius q̄ illius q̄ talem mulierē tenet in domo ſua. vel ſi quis contra iuramentū fidelitatis continue proſequat dn̄m ſuū. de elec. venerabilem. de exceſſ. prela. grauem. Iſtud exemplū nō placet antho. qꝛ talis ꝓſecutio non pōt eſſe cōtinua niſi aptitudine. Melius igitur exēplū ponitur in periurio de quo iurans ſe non emendat ſm eum. Si velis ſcire qualis ordo ſit ſeruandus in notorijs: et primo an requiritur citatio. Dicit Io. an. ꝙ in quolibet notorio ſit ꝓcedi ſine citatione ⁊ ſine probationibus nec poſtea retractatur ſententia niſi conſtet in contrariū. Sed melius eſt et tutius vt dicit ꝙ fiat citatio niſi forte ſcandalū vel graue periculū reipublice timeatur ſicut in mora. ⁊ ſic poteſt intelligi de elec. bone. ⁊ c. venerabilem. ⁊ ꝙ requiritur citatio tenꝫ Petrus de ancho. dicto. c. veſtra. qꝛ citatio eſt ſpecies defenſionis vt in. c. paſtoralis. de re iudi. in clem. Et ille qui ſine citatione condēnatur videtur auferre defenſionem que eſt de iure naturali quod nō poteſt etiam imperator vt ibi pꝫ. ⁊ ſufficit citatio ſimplex nec requiritur ſolēnitas peremptorij ſm Antho. de butrio qui etiam dicit ꝙ in notorijs non requirit libellus ſolēnis ſicut nec in ſummarijs. vt in cle. ſi. de verb. ſig. Sed ſufficit factū exponi ſm formam de accuſ. c. qualiter et quādo. §. debet. Et hoc verū ſm eum quādo negociū concernit publicam vtilitatem ⁊ vbi agitur materia peccati. Secus tamen eſt quādo vertitur priuatū intereſſe. qꝛ tūc fiet petitio ſummaria ſaltem verbo que apud acta ſcribatur per notariū. Queſtio ¶ Sed nūquid in notorijs fiet litis cōteſtatio? Aduerte ſm Jo. an. qꝛ in notorio preſumptionis non eſt neceſſaria ſed ſufficit probare circūſtantias ⁊ preſumptiones licet non probetur factū. xxxij. q. j. c. j. de preſump. c. iij. Jn notorio vero actus continui ſiue permanentis non requiritur etiā lit. cōteſt. ſed poteſt in eo ſine accuſatore ⁊ teſtibus procedi. Jn notorio vero actu tranſeunte ſi accuſatus eſt abſens ⁊ cōtumax tunc ex quo factū in iudicio deducitur vt notoriū procedetur ſine lit. conteſ. ⁊ alio iuris ordine. ij. q. j. manifeſta. ⁊ c. de manifeſta. ⁊ c. que lotharius. de iuriu. ad noſtram. Si vero accuſatus ſit preſens fiet lit. ꝯteſ. ⁊ ſi negetur erunt duo ꝓbāda. ſ. factū ⁊ notorietas ⁊ ſeruari debet ordo iur. Anthoni⁹ dicit ꝙ in notorijs facti in caſibus quibus iudex poteſt ꝓcedere ex officio ſi ſic eligat ꝓcedere nō eſt neceſſaria litis ꝯteſ. Ubi aūt non ꝓceditur ex officio ſed agitur ad cōmodū priuatū nec exigitur materia peccati dicit illud idem ſiue ꝓcedatur cōtra abſentē ſiue ꝑſentem ⁊ quecūq; ſit ſpecies notorij facti ſiue interpolati ſiue momentanei ſiue cōtinui: qꝛ iura ſimplr̄ loquūtur vt patet de iuriu. ad noſtram. de teſt. cog. ſuper eo. ij. q. j. de manifeſta. in ꝑn. Talis nāq; ordo iudiciarius adinuentus eſt ob indagandā veritatem Ueritate igitur exiſtente notoria ad quid opus eſſet tali ordine. ⁊ eſt expreſſum de fil. preſ. bitc. c. qñ. Jdem Antho. in notorio iuris preſumptionis ſiue fictionis quādo ſurgit a notorio facti. Et cōcor. Jo. Cal. d. c. veſtra. Et dicit aliqui ꝙ in notorijs contra cōtumacem lite nō cōteſ. ⁊ alio iudiciorū ordine non ſeruato pōt ferri ſententia vbi pena pecuniaria debet imponi. Sed ſecus ſi corporalis pena ſit infligenda. Facit ad hoc nō. ꝑ wil. de re iudi. c. paſtoralis. ⁊ per Archi. in. c. j. de offi. del. li. vj. ⁊ per Jo. ij. q. j. manifeſta. Sed ꝙ in notorijs criminib⁹ poſſit ferri ſententia contra abſentem cōtumacem etiam ad penā corporalem videtur approbare Hoſti. ⁊ Jo. an. in. c. cū olim. extra de re iudi. Et hoc placet Jo. de lyg. ibi. ⁊ ꝓbatur in cle. ꝑdicta paſtoralis. vbi nō ratione abſentie ſed alijs rationibus fuit dicta ſententia reprobata. tñ de pena corporali tractabitur de crimine leſe maieſtatis. Cōcludit igitur Jo. an. dicto. c. veſtra. ꝙ quis in notorijs ꝓcedi poſſit partibus ꝑſentibus lite cōteſ. ⁊ ſeruato ordine iudiciorū: pōt tñ eis abſentibus ꝓcedi lite non cōteſ. ⁊ iudiciorū ordine non ſeruato. Omni tñ caſu requiritur citatio et ꝙ venienti exponatur factū pro quo citatus eſt ⁊ ꝙ audiatur eius defenſio. Et huic dicto cōcor. Petrus de ancho. dicto. c. veſtra. ſꝫ. ſecūda queſtio eſt. Et eſt ratio qꝛ ſi diceremus ordinem iuris requiri in notorio actu tranſeunte nō eſſꝫ differentia inter delictū notoriū ⁊ non notoriū quod tñ iura volunt vt pꝫ in. d. c. ad noſtrā. ⁊ c. manifeſta. cū ſimilib⁹. Dicit tñ Jo. an. poſt Jnno. ꝙ ſi nō citatur reus nec exponitur ſibi factū nec auditur eius defenſio non tenet ſententia lata ſuper notorio. Nam ſicut in cauſis que requirunt ordinem nō valet ſententia que fertur nō cognito de cā. C. de ſen. ⁊ inter. o. iudi. l. ꝓlatam. Jdem videtur in notorijs vbi et ſi non ois aliquis tñ ordo ſeruādus eſt. vt. d. c. ad noſtram. iij. de iuriu. vbi de hoc. ſed ſi audiantur cōuenti allegationes ⁊ eius defenſio necnon tñ admittūtur ꝓbationes eius nihilominus tenet ſententia ſi eſt notoriū ⁊ per iudicem appellationis pronūciabitur rata. licet ſecus ſit in cauſis plenariam cognitionem requirentibus qꝛ tunc non valeret ſententia niſi ſuper defenſionibus audirentur ꝓbandōes ſm Anthoniū. Conclude itaq; ꝙ parte ꝑſente pōt ſeruari in notorijs ordo iuris: pōt etiam ꝓcedi eo nō ſeruato. contra abſentem vero ⁊ ꝯtumacem pōt procedi etiam ad ſententiam quod tñ nō eſt in crimine non notorio. l. abſentem. ff. de penis. Ratio autem quare in notorijs opus eſt citatione hec eſt qꝛ licet malū non poteſt excuſari tñ nullū eſt malū adeo euidens quin recipiat aliquā excuſationem ſaltem coloratam et que poteſt eſſe vera. Pone exemplū Homicida poteſt allegare ꝙ fecit ad ſui defenſionem. de ſent. excō. c. iij. §. Si vero. Tranſiens ad alium epiſcopatum poteſt dicere ꝙ hoc fecit ex licentia pape. de tranſla. epiſco. c. ij. Adulter poteſt dicere ꝙ ignoranter alterius vxorem cognouit qꝛ ſuppoſita fuit. xxxiiij. q. ij. in lectum. ⁊ ſic de alijs. Si tamen delictū adeo ſit notoriū iudici ꝙ non recipiat excuſationem tunc iudex poteſt punire exequendo non cognoſcendo. Pone exemplū cū delinquitur coram iudice. C. de teſtibus. l. nullū. Si autem dubitas an requirit ꝓbatio in notorio. dic ꝙ in notorio iudici ⁊ alijs nō requiritur probatio. ⁊ idem ſi delictum ſit cōmiſſum coram iudice ſedente pro tribunali. Joh. an. de lyg. dicit ꝙ non refert vtrum ſedeat vel non. Ubi vero delictū quod dicitur notoriū non eſt commiſſum coram iudice tunc ſi negetur ſemper debet probari. Et duo ſunt probanda. ſ. ipſm delictū ⁊ notorietas ſm Jo. an. Et hoc verū in notorio facti ⁊ nō. per Cby. in. l. ea quidem. C. de accuſ. in. iij. q. Jn notorio vero preſumptionis ſufficit probare circūſtantias ex quibus reſultat notoriū iuris ſm Jo. an. Hanc materiam latius tractat Anthonius dicto c. veſtra. ſꝫ. nūquid autem in notorijs. ibi videas. ¶ Sed nunquid in notorijs neceſſaria ſit ſententia? Queſtio. Dic ꝙ ſic. nam cū quodlibet notoriū poteſt habere legitimas defenſiões vt predixi. igitur cum de eis iudex cognoſcit pronunciare etiam debet. vt. l. de qua re. ff. de iudi. Sententia itaq; debet eſſe illa que claudere debet os reo aliquid allegandi non ipſum factum notoriū plures habens excuſationes vt dixi. Et notatur per Petrū de anchorano dicto. c. veſtra. ſꝫ. Quarto queritur. Anthonius in hoc paſſu dicit ꝙ vbi notoriū habet in ſe ſententiam iuris incluſam quo ad effectū iuris non requiritur alia ſententia. qꝛ quando quis eſt in notorio delicto irregularis eſt ⁊ ſuſpenſus. notatur de renūc. c. niſi cum pridem. §. propter cōſcientiam. de temp. or. c. ex tenore. de cohabi. cleri. et muli. c. ſi. Hunc enim effectum ſuſpenſionis et irregularitatis imprimit ipſa notorietas a principio abſq; alia ſententia. Jtem vt quis dicatur nō toleratus vt ſic ſubiecti poſſint ab eo recedere. vt dicto. c. veſtra. xxxij. di. §. verum. Notorietas eñ operatur hoc abſq; alia ſententia. de cohabi. cleri. ⁊ mul. c. ſicut. Jn alijs vero effectibus inquirendi facti vel exequendi opus eſt ſententia ſed non eſt opus vt feratur in ſcriptis et cum ſolēnitate de qua habetur in. c. ſi. de re iudica. li. vj. Et hoc tenet Archi. ij. q. j. que lotharius. de penis. c. felicis. §. pontificali. li. vj. a. d. ſi. glo. vbi dicit ꝙ ſufficit quedam detectio immo ſufficit preceptū vt notat Archi. dicto. c. que lotharius. Et Cby. in. l. nullū. C. de his qui no. infa. Et hoc veruꝫ in cauſa ciuili. Jn criminali vero non ſufficeret tale preceptū ſicut nec in confeſſum immo debet ſequi ſententia vt notat glo. ij. q. j. c. j. ⁊ in. l. j. C. de confeſſ. ff. de cuſto. reo. l. ſi confeſſus. vbi videtur caſus. Poteſt tamen talis ſententia ferri in ſcriptis vt predixi. A tali etiam ſententia lata ſuper notorio poteſt appellari vel ad minus ſupplicari et poteſt queri de innocentia condēnati ſuper notorio ſm notata Jo. an. de app. romana. li. vj. Et bene facit clem. paſtoralis. ꝑall. vbi etiam poſt ſententiam latam ſuper crimine tanq; notorio cognitum et diſcuſſum fuit ⁊ ſententia retractata. Et ſm Petrum de anchorano qui ad hoc allegat Jo. an. forte poteſt dici ꝙ licet vbi appellatur ab alijs ſententijs diffinitiuis non ſit neceſſaria expreſſio cauſarū. vt. l. ſcio. ff. de app. Tamen a ſententia lata ſuper notorio non recipietur appellatio niſi cauſe exprimant in appellatione vt ſentit Jo. an. dicto. c. Romana. Et hoc ideo qꝛ appellans habet preſumptionem iuris contrariam contra ſe Jdeo expreſſio cauſe requiritur. Circa hanc materiā latius videre poteris notata per Anthoniū dicto. c. veſtra. ſꝫ. venio ad vltimū. qui in hoc paſſu procedit per diſtinctiones diuerſas. Et predicta locum habent quando proceditur ſuper notorio parte preſente. Si autem procedatur parte abſente et reus compareat pendente iudicio ante ſententiam audientur excuſationes eius. ij. q. j. deus omnip. Et ſi aliqua pena ſit ei īpoſita vel preceptū factū in ſua abſentia purgata cōtumacia erit reuocandū tanq; iniuſtū vl̄ nullū. de re iudi. cū bertoldus. Si aūt ꝯpareat poſt ſniam cū ſententia teneat facta fide iudici de notorio non admittet eius excuſatio nec ꝓbatio ſm Jo. an. d. c. veſtra. ꝑpe fi. vbi plura potes videre de hac materia. Sed optime ⁊ vltra omnes per An. d. c. veſtra. in ſolēni repetitione eiuſdem.

continuato' diutius ſecunda vice' non recipiatur pecunia vllo modo ſub pena reſtitutōnis dupli pecunie cōtra hoc recepte infra mēſem poſt receptōez eiuſdē fabrice cathedralis' eccleſie applicande: ac' ſuſpenſionis ab officio' quam' taliter recipientes pecuniaz niſi eius duplū infra menſem reſtituerint incurrere volumus ipſo facto. In cōmutationibus' etiam penitentiarū corporaliū' ꝓ pecunia" quas' abſq3 magna et vrgente' cauſa fieri ꝓhibemus locorum ordinarii taliter moderentur' q' delinquentib' penitētias corporales graues' et publicas' non imponāt adeo exceſſiuas vt cauſatiue' et ꝑ obliquū' cogantur' redimere ſuas penitētias pecuniaria graui ſūma. Sed cōmutatōnes' hmōi cū faciende in poſterum videantur ſic fiant modeſte' q' rapax nō iudicetur accipiens vel dans ipſe nimiū non grauet ſub penis' predictis ſuperius annotatis.

De penitentiis et remiſſionibus.

Stephanus

In ſingulis archidiaconatibus ſubſtituantur ab epõ viri prudentes qui decanorū ruraliū perſonarū et preſbiterorū confeſſiones audiant. In cathedralibus autem confiteantur canonici epõ/ decano/ vel ſubſtituto.

Quoniam' nonnunq3 ob defectum' confeſſorū'. Et quia' decani' rurales et perſone' erubeſcunt' forte

c Cōtinuato diutius. videtur q' ſufficiat vt bina vice cōmittat delictū ad effectū vt dicatur continuatū. C. de epali audi. l. iij. ad fi. Et hoc verū quo ad recidiuū de quo hic loquitur. non tñ quo ad cōtinuationē recidiui vbi requiritur q' pluries recidiuauerit Et hoc intendit iſta littera cū dicit cōtinuato diutius.

d Secūda vice. i. ſecūda recidiuatiōe vel qñ ſecūdo pro tali crimine vocatur ad correctionem.

e Eiuſdem. ſ. pecunie.

f Cathedralis eccleſie. ſ. illius dioceſis in qua fit talis correctio.

g Ac. repete ſub pena.

h Ab officio. ſ. exercēdi vel faciēdi correctiões vt ſic puniat in eo i quo deliquit. de re. eccle. nō alie. c. ij. vbi de h' glo. fi. de iuſpatro. c. paſtoralis. glo. fi. de tranſla. epo. c. quāto.

i Quā. ſ. penam ſuſpēſionis.

k In cōmutationibus Secūda pars.

l Corporaliū. quaꝝ minima maior eſt quis pena pecuniaria. l. in ſeruorū. in fi. ff. de penis. Fallit tñ hec regula in perſonis vilibus vt. l. hoc ope in fi. ff. de ope. li. ſm Bar. tẽ. qui ſic notat. ff. de penis. l. i. §. fi. in fi.

m Pro pecunia. Quō aūt poſſit fieri talis commutatio nota que dixi. ſ. e. c. euenit. ℣. cōpellantur

n Quas. ſ. cōmutatões

o Urgēte cauſa. q2 magis timet pena pecuniaria q̃ corporalis ſm ea q̃ notant. xxiiij. di. dictū. per Jo. vel q2 perſona eſt nobilis vel talis cui' opinio exinde multū lederetur ⁊ generaret graue ſcandalū. Pro quo vitando quandoq3 omittitur veritas iuſticie. extra de no. ope. nūci. c. cum ex iniūcto.

p Moderentur. i. tali moderatione vtantur.

q Graues. hec grauitas ꝯſideranda eſt quadruplici reſpectu. ſ. perſone/ cauſe/ loci/ ⁊ temporis. de tranſact. c. fi. glo. penul.

r Publicas. i. in publico faciendas.

s Cauſatiue. ſicut alias cauſatiue clericus cōpellitur recipere ordines. extra de eta. ⁊ quali. c. queris. in fi. vbi de hoc.

t Per obliquū. contra regulam que dicit q' cum quid vna via prohibetur ad id alia via non debet admitti de reg. iuris. c. cum quid. li. vj.

v Cogantur. verecūdia ducti.

x Sed commutationes. Tertia pars.

y Modeſte. i. moderate.

z Penis predictis. ſ. reſtitutiõis dupli infra menſem ⁊ ſuſpenſionis ab officio ipo facto niſi infra illud tēpus pecunia reſtituat Et ſcias q' hec pena ſuſpenſionis ab officio nō tangit epos cū de eis hic nō fit mentio ſpecialis ſm ea que legūtur de ſen. excõi. c. Quia periculoſum. li. vj. Niſi dicas q' per hoc q' dicit littera locorū ordinarij. qđ dic vt legitur ⁊ no. de offi. ordi. c. ordinarij locorum. li. vj.

Diuiſio. a Quoniam. Hec eſt conſtitutio Stephani Et habet tria dicta. In primo ponit cauſam cōſtitutionis faciende. In ſecūdo ibi Uolentes. ordinat de remedio ſtatuēdo circa decanos rurales. In tertio ibi In cathedralib'. ſtatuit circa eos qui ſunt in eccleſijs cathedralibus.

b Defectū. q2 nulli ſunt ad hoc deputati.

c Confeſſorum. habentiū. ſ. poteſtatem audiendi confeſſiones eorum de quibus ſequitur.

d Et quia. aliud motiuum.

e Decani rurales. de quibus dixi. ſ. de iudi. c. j.

f Perſone. i. rectores.

g Erubeſcūt. Erubeſcentia eñ eſt vnū de ſignis amaritudinis ſiue cōtritionis de qua loquitur Aug' de pe. di. j. quem penitet. laborat inquit mens patiēdo erubeſcentiā. Et qñ verecūdia magna eſt pena qui erubeſcit pro xp̃o dignus eſt venia. Et hic ſcias q' reperitur verecūdia duplex. vna. ſ. virtuoſa: alia vicioſa de quarū vtraq3 ſcribitur Eccleſi. iiij. Eſt confuſio adducens peccatū ⁊ eſt ꝯfuſio adducens gloriam ⁊ gratiam. Uirtuoſa itaq3 erubeſcentia totis conatib' amplectenda eſt. Et eſt quaſi quoddā frenū quo regitur aliquis in via paradiſi qđ qui habz de eī' correctione ſperandum eſt Juxta illđ eccl'. xxxij. ante grandinem precibit coruſcatio: ⁊ ante verecūdiam precibit gratia. Et nota q' vj. ſunt de quib' multū erubeſcendū eſt q̃ tanguntur eccli. xlj. vbi ſic legitur. Erubeſcite a patre ⁊ matre de fornicatione: ⁊ a preſidente ⁊ potente de mēdacio: a principe ⁊ iudice de delicto: a ſynagoga et plebe de iniquitate: a ſocio et amico de iniuſticia ⁊ etiā de furto. Primo eñ ponit fornicatio eo q' magis ſit de erubeſcibilibus Cui' rei cauſa poteſt eſſe triplex. Primo q2 fit per vſum viliū membrorū Secūdo q2 non ſolū anima ſed corpus in ea maculat. Tertio q2 anima viliter ibi venditur. Dat eñ fornicator aīam dyabolo pro duobus denarijs: ⁊ corpus lecatori. Sicq3 moraliter a deo patre ⁊ matre eccleſia dz erubeſcere fornicator. Secūdo erubeſcere dz homo a pſidente ⁊ potente de mendacio: q2 potior eſt fur q̃ aſſiduitas viri mendacis. eccli. xx. Sicq3 moraliter homo dz erubeſcere a deo preſide. i. preſente ⁊ exiñte potente vindictā ſumere de mentiente nec ꝓmiſſionem factā in baptiſmo ſeruante. Tertio erubeſcendū eſt a delicto. i. negligētia ⁊ pigritia. Turpiſſima eñ eſt iactura q̃ fit per negligentiā. Principi nāq3 multū placet velocitas ⁊ multū ei diſplicet pigritia. ꝓuer. xxij. Uidiſti hoīem velocem in opere ſuo corā regib': ſtabit nec erit ignobiles ante eū. Quarto erubeſcendū eſt de iniquitate a ſynagoga ⁊ plebe. i. de h' q' homo ſibi appropriat qđ plebi cōe eſſe dz vt faciūt vſurarij q̃ tēpus ſibi appropriant qđ dñs voluit ab oībus equaliter poſſideri. Et mali diſpenſatores qui ſibi retinent qđ pauperibus diuidere debuerunt. quibus Luce. xvj. dicit Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis. i. de pecunia iniqua: vel inequaliter detenta. Quinto erubeſcendū eſt a ſocio ⁊ amico de iniuſticia. i. de hoc q' homo iniuſte agit erga ſociū vel amicū. hoc eñ valde iniquū eſt. ꝓuer. iij. Ne moliaris amico tuo malū cū ille i te habeat fiduciā. Sexto erubeſcendū eſt de furto. vñ Thobie. ij. nō licz nobis aut edere de furto aliquid aut cōtingere. Secūda verecūdia eſt vicioſa ⁊ mala ⁊ hec eſt totalit' fugienda ⁊ abijcienda. Et hec fit qñ timorem irriſorū homo erubeſcit nec audet facere bonum Et talis ſilis eſt equo vmbratili qui magis timet vmbrā q̃ calcaria vel verū malū. Uera eñ mala nō ſunt vite pñtis ſed future. Mala eñ preſentia ſunt ſicut vmbre futurorū. Unde qui erubeſcentiā pñtem timet ⁊ nō futurā timet vmbrā ⁊ non veritatē De his dicit in pſal'. Trepidauerunt timore vbi non erat timor.

Uerecū
dia dup

Sex de
bus eru
ſcendū

cōfiteri suo p̄lato[b]: iminet periculū[i] aīarū Volentes[k] huic morbo[l] mederi[m]: statuimus vt certi[n] cōfessores prudentes[o] ⁊ discreti[p] p̄ singulos archidiaconat'[q] ab epō[r] loci statuant̄ qui[s] confessiones audiāt decanoꝝ[t] ruraliū pb̄roꝝ[v] et p̄sonarū[x]. In cathedralibus[y] aūt ecclesiis vbi sūt seculares[z] canonici confiteantur ipsi canonici[⁊] epō[a] vel decano[b] vel ceteris p̄sonis ad hoc per epm[c] vel decanū[d] et capitulū constitutis[e].

Tales etiā sunt quasi paruuli qui latrant catuloꝝ qui mordere nō possunt terrent. Mūdus nāq; iste est q̄si catulus latrans irrisionibus cōtra illos qui bene faciūt nobis sed mordere nescit: q: eos nō p̄cutit. Et cū satis latrauerit silebit. tales quoq; sunt timidi vt lepores: sed vtinā haberent in eis cōditiones leporis. Dicit enī scriptura Prouerbi. xxx. Lepusculus collocat in petra cubile suum. Et vt dicūt sapientes lepus habet tales cōditiones q: labia semp̄ hʒ in motu. aures longas. pedes veloces. Timor nāq; addit alas pedibus. Moraliter enī in petra collocat cubile qui ī xp̄o fiduciā hʒ. labia hʒ ī motu qui frequēter orat. Longas habet aures qui velox est ad audiendū sed tardus ad loquēdū. s. ad rn̄dendū opprobriis sibi fact' siue dictis. veloces hʒ pedes quē timor dei occupat: q: q̄ timet deū nihil negligit. eccl. vij.

Leporis
cōditiões

b Suo p̄lato. s. epō cui imediate subsunt in ꝯstitōe Othonis q̄d in quodam dr̄ qui decanis erubescunt confiteri.

i Periculū aīarum. Istud periculū explanat. i. e. c. cū sepe.

k Volentes. Secunda pars.

l Morbo. s. qui ꝓuenit ex defectu taliū confessorum.

m Mederi. i. medelam siue remediū apponere.

n Certi ꝯfessores. horū certitudo declarat. i. e. c. licʒ. ⁊ c. cū sepe.

o Prudentes. quib' viij. sunt necessaria tanq̄ viij. prudentie partes. Primo enī opʒ q ꝯfessor sit prudens habēs memoriā p̄teritoꝝ vt. s. ex p̄teritis culpis p̄cognoscat q̄d verisimilit' euenire debeat in futurū fm ea q̄ no. de fer. nō ord. c. j. in glo. de testi. c. significauit. glo. j. ⁊ de p̄sūp. c. j. cū glo. ij. Scđo expedit vt sit ꝓuidens futuroꝝ excogitādo. s. quō p vias cōpetētes ad sanatiōeʒ infirmi ꝯscientie possit ꝑuenire. de pe. ⁊ remis. c. ōis vtriusq;. Tertio ⁊ quarto sit q sit intelligens ⁊ rōnalis: q: modus p quē hʒ dirigi dʒ esse hūanus sciens q hō est ⁊ peccabilis sicut ⁊ ille q̄ cōfitet'. Iuxͣ illud psal. Sciāt q: homīes sunt. Facit ad h' xxvj. q. viij. alligāt. lxxxvj. di. nō satis. vltra mediū. Quīto dʒ esse solers vt sciat inuenire p̄tinētia ⁊ expediētia ad salutē aīe ipsius ꝯfitētis vt pʒ d. c. ōis. §. Si q̄s. de pe. di. vj. c. j. §. diligens. cū sua glo. Sexto q: ex seipso nō pōt oīa ad regimen sibi ꝯmissū inuenire oʒ eū esse docilem: ⁊ vt ꝯsiliis aliorum acq̄escat quos nouit esse sapiētes. Facit ad hoc de ꝯsue. c. ad nostrā. cū glo. j. ⁊ ij. Septio ⁊ octauo sim' dʒ esse expertus ⁊ cautus. q: sicut in speculabilib' falsa admiscent' veris: sic ⁊ in agibilib' multoꝝ mala bonis admiscent'. Vñ op' est vt sciat ea abinuicē discernere ⁊ sepāre. Discretio nāq; est mat' virtutū. j. q. v. c. fi. de offi. custo. c. j. de regula. c. ij. vbi de hoc. li. vj. Sup oīa aūt opʒ vt in seipso bonus sit. de pe. di. vj. c. j. §. Ideoq;. Qz vt dicit phs. vj. ethicoꝝ. Impossibile est prudentem esse nō existentem bonū. Dānat nāq; aliq̄s malicia iudiciū vt aliq̄s iprudēter agat ꝓpter maliciā deprauantem voluntatem.

prudē-
fessore
sit ne
ria.

p Discreti. discreto enī sacerdoti facienda est ꝯfessio. de symo. c. ex diligenti. de pe. di. j. quē penitet. ⁊ di. vj. qui vult. ⁊ c. j. ⁊ fi. per Io. Et de hoc legit et no. e. ti. c. omis vtriusq;. §. si quis autem.

q Archidiaconatus. vicʒ in singulis decanatibus vt. i. e. c. cum sepe. et. c. licet.

r Epō loci. cui' est cura imediata super p̄sonas infra scriptas.

s Qui. s. confessores.

t Decanoꝝ ruraliū. illoꝝ vicʒ q̄ sunt bn̄ficiati vel aľs in sacerdotio cōstituti vel rōne iurisdictiōis quā forte exercent imediate subsunt epō in foro aīe fm nō. Hosti. in sūma. e. ti. §. cui archipbr̄. Aliter aūt si talis decanus sit parrochianus alicuius curati inferioris epō sibi debet confiteri. vt in. c. omnis. extra. e. ti.

v Presbiteroꝝ. hec lr̄a pōt intelligi dupliciter. Uno modo vt hec dictio pb̄roꝝ supponat pro quolibet pb̄ro etiā simplici vt vicʒ talis ꝯfiteri debeat epō vel ei' deputato vt hic dr̄ assignādo. sed hoc nō puto verū nisi tales pb̄ri sint curati ⁊ imediate epō subiecti. aľs aūt si sint stipendiarii vel cantarias in ecclesiis parochialibus hn̄tes ꝯfiteri debent rectori vel vicario illius ecclesie vbi celebrāt diuina. c. j. e. c. ōis. Et bene facit ad hoc c. j. de offi. archipb̄r. c. fi. Alio mō pōt intelligi vt hec dictio pb̄roꝝ referatur ad hoc q̄d dixit decanoꝝ ruraliū vt. s. tales si sint pb̄ri cōfiteantur epō vel ei' deputato vt hic dr̄. q̄ expositio magis placet p̄sertim in tali decano q̄ sub epō curam gerit aīarum vel aľs sub eo gerit officiū perpetuū tale vicʒ cuius rōne non habet in suo decanatu aliquem cui subsit in foro anime.

x Personarū. i. rectoꝝ. Et aduerte q non addit vicarioꝝ ac si p hoc innueret q vicarii ꝯfitebūtur rectoribus q̄bus subsunt. Sed cōtra h' opponit'. i. e. c. licet. solue vt ibi dicetur.

y In cathedralib'. tertia pars.

z Canonici seculares. regulares nāq; ꝯfiteri debēt suis abbatib' vel p̄orib' fm ea q̄ nōt Hosti. e. ti. in sūma. §. q̄bus ꝯfitendū sit. ṽs. cui monachus

⁊ Canonic'. Quid de his qui sūt in dignitatib' vel officiis aut administrationib' cōstituti quales sunt decanus/archidiacon'/archipbr̄/p̄positus/p̄centor/thesaurari'/cancellarius/magr̄ scolariū/sacrista ⁊ hmōi vicʒ cui debent ꝯfiteri vide nō. p Hosti. in sūma. e. ti. §. quibus ꝯfitendū. ṽs. cui decanus. ⁊ vj. ṽs. seq̄ntibus

a Epō. supple vel eius penitentiario. sic notat Hosti. d. §. quibus confitendū. ṽs. cui canonici. in prin.

b Vel decano. Ex hac disiūctiua apparet q canonici possunt eligere an velint cōfiteri epō vel decano nec p̄cise astringūtur cōfiteri epō. Nā ī in disiūctiuis sufficit vnā p̄tē v'ificari. isti. de here. insti. §. penul. de rescrip. inter ceteras. Pro quo dic vt nōnt doct. de re. iur. c. in alternatiuis. li. vj. Et q canonici quo ad curā animarū subsunt decano videt' textus de offi. archipb̄r. c. ij. ꝓpe fi. ibi penitentiā cūctis aliis sacerdotibus iniūgere. ⁊ e. ti. c. officiū. ibi confessiones ho peccatoꝝ ⁊c. Sed illa. c. loquūtur q̄n epō abest vt ibi pʒ. Vñ q̄n epō est p̄sens debēt canonici cōfiteri epō. sin aūt absit possunt cōfiteri decano vt hic dr̄. Sed quero nūquid decanus absente epō audiens cōfessionem canonici possit eū absoluere in casibus epō spāliter reseruatis. Hostiē. de offi. archipb̄r. c. officiū. videt' innuere q nō nisi hoc habeat ex spāli ꝯmissione epī. Et hoc verū fm Io. an. vt in. c. si epō. de pe. ⁊ re. li. vj.

Questio.

c Per epm. vtputa eius penitentiarium.

d Decanū et capitulū. Ex hac littera potes colligere q exercitiū audiendi ꝯfessiones canonicoꝝ ptinet ad solū decanū. Hāc tñ ptātem nō pōt alteri cōmittere sine cōsensu capituli. Sed cōtra hoc opponit' extra de offi. archipb̄r. c. j. in fi. ⁊ c. ij. ad fi. et. c. iij. ad fi. Ex quib' locis apparet q decanus ea q̄ ptinent ad officiū suū pōt aliis cōmittere p se nec requirit' cōsensus capituli. Solutio. Illud de iure cōi: istud de iure spāli. Et pōt esse ratio specialitatis ne canonici habeant in foro ꝯscientie iudicem eis nō conuenientē: cū etiā in foro cōtencioso vna parte instante nō sit dādus iudex delegatus alia parte cōtradicente. ff. de iudi. l. obseruādū. Sed huic rōni videt' obstare. c. Si epō. §. fi. e. ti. li. vj. vbi pʒ q nulla cōsuetudine pōt introduci vt aliq̄s sibi eligat ꝯfessores sine licentia sui superioris. Sed fm rōnem predictā canonici saltem indirecte ⁊ per obliquū sibi eligerent ꝯfessorem absq; licentia superioris sui. s. epī vel decani cui' dispositio nō est libera q̄n requirit' ꝯsensus capituli maxime cū eoꝝ ꝯsensus cōcernat oēs vt singulos ⁊ nō vt vniuersos. Et ideo solue aliter q hoc q̄d hic dr̄ locū habet q̄n p̄sona ꝯstituta ad supplēdū vices decani in sua absentia habet in ea p̄te officiū perpetuū cuius officii institutio ab initio pōt fieri per solū decanū: sed requirit' consensus capituli. Pone exemplū in subdecano cui' officiū in quibusdā ecclesiis est perpetuū: ⁊ stat in hoc vt suppleat vices decani absentis. Cōtraria loquūtur in eo quē deputat decanus loco suo ad tēpus et est remotiu' ad libitū. Unde in ecclesiis illis quibus locūtenens decani est perpetuus hab' locū q̄d hic dr̄. Ubi vo nō est talis: hʒ locū q̄d dr̄ in cōtrariis. vel dic vt. i. glo. ꝓxi. in fi.

e Constitutis. sic vt sint perpetui ⁊ nō tp̄ales vt dixi in glo. precedenti. In his nāq; q̄ non tangūt epm possunt decanus ⁊ capitulū statuere id q̄d licitū est absq; ꝯsensu epī. ꝓut notat Ioh. an. de ver. sig. c. ij. §. statutis. li. vj. Q̄d dic fm nō. doct. in. c. cū ōns. de rescrip. ⁊ de ꝯsue. c. cū consuetudinis. Sed quo ad hunc articulū vicʒ audiendi confessiones canonicoꝝ ⁊ alioꝝ ministrantiū in ecclesia cathedrali hoc ꝓuisum est per ꝯstitutiōem legatinā vt in huiuſmodi eccleſijs cathedralibus per epiſcopũ deputetur confeſſor generalis vt legit in ꝯſtõe othonis ꝙ in quodam. ad fi.

Diuiſio. f ⁋ Cum ſacrm. Hec eſt cõſtitutio Bonifacij Et hꝫ duo dicta. In primo ponit exordiũ ad dicenda. In ſecundo ibi Sub pena. procedit ad ſtatutum.

Bonifacius.

⁋ Sacramentũ ⁊ tempus penitẽtie nulli ne incarcerato quod ſi dari põt denegetur ſub excõicationis pena.

Cum ſacramentũ cõfeſſiõis[g] ⁊ penitẽtie[h] ſecũda[i] poſt naufragiũ tabula vltimus humane nauigationis[k] portus[l] ac finale[m] refugiũ ſit vnicuiqꝫ peccatori pernecceſſariũ[n] ad ſalutem: ſub pena[o] excõmunicationis[p] diſtrictius precipimus ne aliquis[q] pſumat impedire quin huiuſmodi ſacramentũ penitentie vnicuiqꝫ[r] petenti[s] libere[t] impẽdatur et ſpaciũ[v] liberũ confitendi quod[x] potiſſime ꝓpter incarceratos[y] ſuadetur[z] quibus hmõi ſacramentũ ſepius inhumaniter ne dicam infideliter[a] denegatur[b] Et ſi[c] iterdũ ꝯfitẽdi ſpaciũ eis[d] datur[e]: hoc eis ita breue[f]

g ⁋ Confeſſionis. ꝗ ſm Aug⁹. eſt per quã morbus latens ſpe venie aperit. Ad cuius intellectũ nota ꝙ cõfeſſio tripliciter fit. aut in foro aĩe interius corã deo. aut in foro penitentie exterius coram dei vicario. aut in foro cõtencioſo corã iudice. In prima ꝯfeſſione peccatũ latens nõ aperit qꝛ deo apertũ erat. In vltima ſi aperit ſpe venie. In media vero aperit peccatũ latẽs ſpe venie. Unde ſacramentalis confeſſio ꝗ eſt pars penitẽtie hic cõuenienter deſcribitur per materiã que eſt peccatũ. Item per actũ qui eſt aperire. ⁊ per finem qui eſt ſpes venie. Ray. vero dicit ꝙ confeſſio eſt legitima corã ſacerdote peccatoꝝ declaratio quaſi ſit vel ex toto vel vndiqꝫ faſſio.

Cõfeſſio triplex.

h ⁋ Penitentie. cuius pars eſt cõfeſſio vt dixi in glo. precedenti. Et nota ꝙ in hoc ſacramento penitẽtia exterior eſt ſacramentũ tm̃. actus ꝯfitentis eſt quaſi materiale. actus aũt ſacerdotis. ſ. abſolutio eſt quaſi formale. Interior vero penitentia ſiue cõtritio nõ eſt actus virtutis per ſe ſed ꝓut ꝯiũgitur penitentie exteriori ſaltem in ꝓpoſito ſic eſt pars ſacramenti ⁊ res ⁊ ſignũ. Res quidem penitẽtie exterioris eſt ſignũ remiſſionis peccatoꝝ. remiſſio autem peccatorũ eſt res tm̃ ſicut notat Jo. an. in ſumma confeſ. c. ti. q. clxxix.

i ⁋ Secunda tabula. de pe. di. j. ꝭ. ſecunda. Prima tabula eſt baptiſmus quo euadimus naufragiũ peccati originalis. Secunda tabula eſt penitentia qua lapſi poſt baptiſmũ euadimus naufragium peccati actualis.

k ⁋ Nauigationis. homo enĩ in hac vita eſt quaſi nauigando ad ſuã patriam celeſtẽ per ꝓcellas maris huius mũdi vt notat Jo. de pe. di. j. ꝭ. ij. vita enĩ hoĩs merito cõparat̃ naui cuius vterqꝫ finis ſcꝫ introitus in mũdũ ⁊ exitus de mũdo ſtrictus et arctus eſt ad inſtar nauis. In medio aũt dꝫ nauis eſſe lata ⁊ cõtentiua bonorum operũ ne vacua ſine mercimonijs veniat ad portũ. Et nota ꝙ homo ad inſtar nauis claudi dꝫ inferius ab amore inordinato temporaliũ ⁊ aperiri ſuperius libere de celo recipiens pluuiam gratiarũ. ⁊ ſicut nauis inundatione fluctuũ eleuat̃: ſic aĩa hominis per multas preſſuras ⁊ inundationes tribulationũ huius mũdi magis ad celeſtia diſponit̃. Per nauem equidẽ merces ꝗ in vna patria abũdant vehit homo ꝑ mare vt eas melioribus ⁊ ſibi vtilioribus cõmutet vel ſaltem preciũ magis deſideratũ ſibi accipiat ſic quoqꝫ homo per mare huius mũdi ea ꝗ in patria eius abundant portat. ſ. tribulationes tẽptationes ꝑſecutiones ⁊ miſerias mũdiales vt ꝓ eis eterna gaudia recipiat vel cũ gaudio eterno commutet.

l ⁋ Portus. ſicut nãqꝫ nauis in portu ſalua exiſtit: ſic homo dũ eſt in penitentia.

m ⁋ Finale refugiũ. hinc Bern. ait. O felix penitentiũ humilitas O bona ſpes confitentiũ ꝗ facile vincis inuincibilem. ꝗ cito tremebundũ iudicem cõuertis in piiſſimũ patrem. Patet etiam in Jona exemplũ qui dũ requieuit in ſentina nauis deo irato venti mare turbauerũt. gurgites nauem inuaſerunt. Sed Jona penitente ⁊ ſeipſm ꝓijciente in fundo maris in ventre ceti collaudauit triduo ſaluatorẽ in ꝓfundo pelagi. ſiccus manet nec mergit̃ in ſtomacho ceti illeſus nõ digerit̃. Cetus ſeruauit ꝙ deus amauit ⁊ ipſm euomuit quem creator voluit. venti accuſabant ⁊ gurgites ipugnabant reũ latitantem. ſed ventus ſubito ſiluit: mare continentũ diſſoluit ⁊ cetus cõdolens recepit eũdem lachrymantem. O lachryma miranda que deũ ſimul placas ⁊ cetũ preparas ventũ cedas ⁊ fluctũ fugas.

n ⁋ Pernecceſſariũ ad ſalutem. ſ. anime. Penitentia nãqꝫ introducta eſt ad tollendũ offenſam ⁊ reconciliandũ amicitiã. Et ad hanc ſacramentaliter ſuſcipiendam tenet̃ homo ex neceſſitate. Oĩs nãqꝫ peccati ſiue originalis ſiue actualis eſt remediũ paſſio xp̄i. Illius aũt paſſionis virtus in ſacramentis eccleſie impreſſa eſt. Unde nõ poſſumus a peccato ſiue actuali ſiue originali ſanari ſine ſacramentorũ ſuſceptione. vel in re ꝗñ habetur oportunitas ſuſcipiẽdi. vel in ꝓpoſito cũ articulus neceſſitatis excludit ſacramentum et non contemptus religionis. Confeſſio vero pertinet ad ſacramentũ inſtitutũ ꝯtra morbũ peccati mortalis. ideo tenemur cõfiteri. Eſt aũt ꝯfeſſio ſacramentalis de iure diuino nõ de iure naturali. licet cõfeſſio mentalis que fit ſoli deo ſit de iure naturali ſm Pe. Quibus ꝯcordat Tho. ⁊ ſm Ray. cõtritio / cõfeſſio / ⁊ ſatiſfactio ſũt de ꝓcepto diuine ſcripture. Nã cõtritio ꝓcipit Joel. j. Scindite corda veſtra ⁊ nõ veſtimenta. Confeſſio ꝓcipit Jacobi vlti. Cõfitemini alterutrũ peccata veſtra. ⁊ in pſal. Effundite coram illo corda veſtra. De ſatiſfactiõe habet Math. iij. Facite dignos fructus penitentie. Et hec oĩa ſimul precipiũtur a dño cũ dicit Math. iiij. Penitentiã agite. Non eſt ergo ſalus ſine confeſſione vbi quis põt habere ſacerdotem cui confiteat̃ ſm Ray. ⁊ nõ. per Archi. de pe. di. j. c. menſurã. ꝭ. ecõtra. ꝟ. confitemini. Et ꝙ oris cõfeſſio ſit neceſſaria ad ſalutem pꝫ ex rõne. Omnis nãqꝫ creatura oſidit ⁊ cõfitet̃ defectus ſuos naturales homini eo mõ quo põt vt dicit glo. ſuper illo loco. Confeſſio et magnificentia opus eius. Unde eodẽ modo hõ dꝫ oſidere defectus ſuos voluntarios ⁊ cõfiteri verbo vocali in quo abũdat ⁊ etiã homini debꝫ confiteri. Eo eñ modo quo verbũ diuinũ ita humiliatũ eſt pro peccatis noſtris delẽdis ꝙ eſt vnitũ humanitati: in hoc obligauit nos ꝙ humiliemus verbũ noſtrũ loquẽdo cõtra nos nõ ſolũ deo ſed homini ⁊ hoc fiet in confeſſione facta hoĩ. Hodie enim peccamus cõtra deũ ⁊ hoĩem. ⁊ ideo confiteri debemus non tm̃ deo ſed homĩ loco ipſius dei. Unde ſm Pe. ſi aſſit facultas illũ Jac. ſoll. Cõfitemini alterutrũ ⁊c̃. eſt ꝓceptũ. Si tñ facultas nõ aſſit ſufficit cordis cõtritio. Et hoc eſt verũ quo ad culpam delẽdam non penã. Poteſt tñ tanta eſſe cõtritio ꝙ ſufficiet ad penã delendã: ſed hoc nõ erit ratione cõtritionis ſed ratione penalitatis. ⁊ nota. de pe. di. iij. c. ꝑfecta pn̄ia. ꝟ. in ore confeſſio. ꝑ Archi.

o ⁋ Sub pena. Secunda pars.

p ⁋ Excõicationis. ſ. ferende. ⁊ eſt cõminatio nõ aũt ſnĩa lata.

q ⁋ Aliquis. etiã ſi ſit femina cõtinet ſub hoc precepto.

r ⁋ Unicuiqꝫ. ſupple baptiſato. Nam penitentia inquantũ ſacramentũ ſequit̃ baptiſmũ ⁊ nõ precedit qꝛ baptiſmus ianua eſt et fundamentũ oĩm ſacramentorũ ſm Pe. di. xvj. Et no. per Joh. in ſumma confeſ. c. ti. c. xliiij.

s ⁋ Petenti. facit ad hoc extra de eo qui dux. in ma. c. ſignificaſti in fi. ⁊ quod ibi nota.

t ⁋ Libere. i. ſine impedimento quocũqꝫ vel abſqꝫ alicuius lucri temporalis exactione

v ⁋ Spaciũ liberũ. abſqꝫ turbatione.

x ⁋ Qđ. ſ. vt vnicuiqꝫ libere impendat̃ ſacramentũ penitẽtie et ꝙ habeat liberũ ſpaciũ confitendi.

y ⁋ Incarceratos. etiam ſi non ſint ſtatim deputandi vltimo ſupplicio in quo caſu prouidetur per cle. j. c. ti.

z ⁋ Suadetur. i. monetur.

a ⁋ Infideliter. i. cõtra mores boni xp̄iani. Tales nãqꝫ vt appet modicũ ponderant de ſacramẽto penitentie. et per hoc reddũtur quodãmodo infideles.

b ⁋ Denegatur. forſan per maliciã cuſtodũ carcerũ in quibus ſũt tales incarcerati. vel põt intelligi vt deneget̃ ꝑ pbr̃os qui negligũt viſitare tales ⁊ eorũ ꝯfeſſiones audire.

c ⁋ Et ſi. ꝟ.

d ⁋ Eis. ſ. incarceratis.

e ⁋ Datur. i. conceditur.

f ⁋ Ita breue. ſ. ſpaciũ: cũ tñ confeſſio que debet eſſe integra de et inoportune[g] cōceditur q̄ cedit potius miseris[h] in desolationis ac desperatiōis[i] periculū q̄ȝ in consolatiōis gaudiū spiritalis.

Edmundus

¶ In peccatis audiendis seruet confessor decentiaȝ ⁊ formam hic prenotandā.

In cōfessione[k] habeat sacerdos[l] vultū humilem[m]: et oculos ad terrā demissos: nec faciem respiciat confitentis ⁊ maxime mulieris[n]: et patienter audiat quicquid[o] dixerit et in spiritu lenitatis[p] eam supportet[q] et ei pro posse suadeat ⁊ pluribus modis[r] q̄ integre[s] confiteatur. Aliter vero[t] nō est[v] cōfessio. Peccata[x] inquirat vsitata[y]: inusitata aūt non: nisi a longe[z] et per circūstantias[a] et expertis[b] detur modus[c] confitendi ⁊ inexpertis[d] non detur occasio[e] delinquendi. Personarū[f] nomia[g] cū quibus peccauit confitens nō inquirat[h] sacerdos: sed post confessionem potest inquirere

omnibus peccatis ⁊ fieri debet cū declaratione circūstantiarum requirat ꝓcessum ⁊ tēpus ad talia exprimendū maxime cū aliqs per annū integrū non fuerit confessus.

g ¶ Inoportune.i. incōuenienti tempore.

h ¶ Miseris.i. hmōi incarceratis qui sunt in miseria corporali ⁊ etiam spirituali q̄ñ tenentur seu alias in conscientia opprimūtur graui pōdere peccatorum.

i ¶ Desperationis. Peccator nāq; plerūq; q̄ñ ꝓpter culpam ꝯtēnitur in desperatiōeȝ labitur. xlv. di. discedite.

k ¶ In cōfessione. Hec est cōstitutio Edmūdi. Et hȝ sex dicta. In p̄mo dat doctrinā quid faciet ꝯfessor circa personā cōfitentis. In secūdo ibi Personarū. dat doctrinaȝ q̄d faciet quo ad ꝑsonas cū quibus peccatū est cōmissuȝ. In tertio ibi Et semp. dat doctrinā quid fiet quo ad ip̄m peccatum. In quarto ibi Sunt autē ista. recitat q̄ sunt pctā maiora. In q̄nto ibi Sunt autē casus. ponit q̄ aliqua sunt pctā quorū absolutio referuat̄ pape ⁊ q̄d in talibus fieri dȝ. In sexto ibi Semp aūt. dat doctrinā de mō mittendi ad sup̄iorē.

l ¶ Sacerdos.s. audiens confessionem.

m ¶ Vultū humilem. ne.s. ꝑ austeritatem vultus terreat ꝯfitenteȝ.

